
AETII CLETI
SIGNINI
MEDICI, ET PHILOSOPHI
ANIMADVERSIONES

Circa partem affectam Pleuritidis.






ROMÆ,

Typis LVDOVICI GRIGNANI. MDCXLIII.

Superiorum Permissu.



IOANNI MANELPHO

Viro omnium virtutum ornatiſſimo, & amico optimo.

AETIVS CLETVS

S. P. D.





OLERABILIVS ſine pecuniȷs viui, quam ſine amico, melioris notæ rerum moraliũ Scriptores prodiderunt, non

eam

eam solam ob causam, quoniam amicus magis necessarius est, quam ignis, & aqua: verum etiam quia, in rebus arduis amicus, laborum socius assumendus est, arduam quippe suscepi prouinciam in hac quęstiuncula, de loco Pleuritidis affecto, in qua te amicum optimum, consocium assumendum decreui, eamque ob causam tibi soli committendam, dedicandamque volui ea spe allectus, vt tuo patrocinio maximo munita, sileant, & acquiescant omnes. Vale ac certò tibi persuade, in toto terrarum Orbe, te vno,

vno, neminem mihi chariorem esse. Signiæ x. Kalend. Septembris 1643.

Ad

Ad Clarissimum Virum
MEDICVM, ET PHILOSOPHVM
præstantissimum

AETIVM CLETVM

IO: ANDREAS MANELPHVS.

HIPPOCRATEM laudent alij, doctumque Galenum,
Et quoscumque sacræ contigit artis honos.
Ast ego te summis celebrabo laudibus AETI.
Carmine quem tollam, tu mihi solus eris.
Cunctorum sedenim meritis tu sufficis vnus;
Metam pœonij culminis vnus habes.
I nunc, & doctos mortalibus exere libros.
Sæclorum in tenebris Alter Apollo micas.



EX AETII CLETI MEDICI

Defensionum Libro secundo Caput postremum

De Pleuritidis Sede Affecta.

Scribendi occasio & ANIMADVERSIO PRIMA.



Ogor litterarum commendatione noua repetere, quæ iamdudum de Pleuritidis loco affecto monumentis mandaueram, quoniam duo

ingeniosi viri suscepere Prouinciam, quæ optimis rationibus à me disposita, enarrataque fuerunt, disputationibus confringere, atque euertere. Quod onus eò libentius suscipio, quo partes Hippocratis tueor, & pro veritate pugno; cuius ea conditio est, vt diuturnitate temporis innotescat magis, magisque stabiliatur, nec non augeantur artes, & scientiæ perficiantur. Vndè euenit interdum, vt multa lãtuerint maiores nostros, quæ nobis tractu temporis reddita sunt notissima: In quam sententiam satis apposité .lib. 7. quæst.natur.cap.25. dixit Seneca, veniet tempus quò ista, quæ nunc latent in lucem dies extrahet,

het, & melioris æui diligentia; quamobrem tempus etiam veniet, quò posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur. In aperto agnouit antiquitas cum Hipp. Pleuritidis Sedem affectam esse pulmonem, quæ obliuioni demandata fuit opinio, eo quod alterius sæculi nondum ambitus euolutus est, quò primũ Hip. opera latinitati donata fuerũt, & ex illo addiscere cęperunt Medici, non ex mẽbranę costas ambientis inflammatione fieri Pleuritidem, sed ex alterius pulmonis partium inflammatione. Vnde varię super ea rè enatę sunt lites, & in varias viri docti abiere sententias; & hinc factum est, vt inter

cæteros, Hipp. opinio sortita sit oppugnatores, quos confuto, & quibus satisfacere in hac Dispu- tatione, pro virili parte in ani- mo est, ea spè confisus vt veri- tatem ipsa dies in lucẽ extrahat, & oppugnatores ipsi veterem exuentes opinionem, veram cum Hipp. sententiam ample- ctantur.

Quæ de Pleuritidis loco affecto adixit Hipp. ANIMADVERSIO SECVNDA.

NOua opinio non est, neq; nouatores dicendi sunt, qui antiquissimam Hip. sentẽ- tiam sequũtur, quà decreuit, al- tera pulmonis parte inflámata, suam

ſuam originem ducere Pleuritidem. Quod ipſe lib. de locis in homine ſuo teſtimonio ſtabiliuit, cum poſteritati ſcriptum reliquit. Quum ambo latera doluerint, reliqua autem ſimilia alteri fuerint: hæc quidem Peripneumonia eſt: illa vero Pleuritis. Hæc autem propterea fiunt. Cum in pulmonem fluxerit ex capite per guttur & arterias, pulmo tanquam natura rarus & ſiccus trahit in ſe humorem, quantum eius capere poteſt, & vbi influxerit maior fit: & vbi quidem in totum fluxerit extremitas eius maior reddita, vtrumque latus contingit, & Peripneumoniam facit. Quum verò alterum tantum

Pleuritis fit. Hæc Hipp. Vtque nihil relinqueret optandum de Pleuritide, iccircò quemadmodũ apertis verbis humidæ Pleuritidis, quæque ex confluxu humoris fit, exarauit naturam: ità mox subscribendis verbis, siccę Pleuritidis, quæque citra fluxũ fit, estque veluti febris pulmonis, essentiam explicat. Ipsum scribentem subnecto. Pleuritis sicca citra fluxum fit, cum pulmo valdè resiccatus fuerit præ siti necessaria. Pulmo enim natura siccus existens, vbi amplius quidem pro natura exiccatus fuerit gracilis fit, & impotens redditus, & ad latus præ impotentia reclinatus, latus contigit, & postquam contigerit, ipsum hu-

humidum existens cohęret, & aglutinatur, & Pleuritidem facit, tunc vero & dolor fit in later, & in clauicula, & febris, & album excreat. hucusque Hip. ex quo liquet hanc illius fuisse opinionem, vt affectus Pleuritici locus patiens pulmo constituendus sit. à qua sententia ne latum vnguem discessit Herophilus, qui apud Cælium Aur. lib. 2. acutarum passionum cap. 16. & Enucleatius cap. 25. Peripneumonia, dixit, est tumor in toto pulmonis corpore: ex parte enim si fuerit, Pleuritis dicitur. & quantum attinet ad Peripneumoniam, eandem opinionem sequutus est Corn. Cæl. quo loco lib. 4. operum

ſuorum cap.4. de Peripneumonia ſermone inſtituto, hęc ſcripta reliquit. Eius hæc conditio eſt, pulmo totus afficitur.

Liber de locis in homine ex Hippocratis fonte emanauit ANIMADVERSIO TERTIA.

COmpellit ergò ad credendũ, verſari nos in vera, & optima ſentẽtia libri de locis in homine auctoritas; cuius conditorẽ fuiſſe Hip. peritiores Medici profitẽtur, quamuis apud diſceptatorem aliter ſentiat Mercurialis, cuius verba adijcio. Pag.48. Reſponſio eſt clariſſimi Mercurialis cui nõ pauci aſſentiuntur, qui affirmat, non debere eſſe

nos

nos solicitos, de loco illius libri de locis in homine, quia Hip. ille liber non est ita germanus, vt debeamus inconcussam fidẽ ei adhibere: fuit nanque ab Herophilo (vt communis est opinio) conscriptus. cæterum istam conceptam de Herophilo opinionem, & Merc. iudicium, Mercur. ipse confutat, qui suis notis ad lib. de locis in hom. nu. 2 Hip. agnoscendum esse decreuit, libri illius auctorem, cũ dixit. Gal. lib. de vsu par. cap. 16. citat Hip. quod dixerit, omnia in omnibus esse. Illud autẽ nullibi clarius habet, quam in hoc loco: vt hisce, atque etiam multis alijs similiter à Gal. citatis, liceat asserere, hunc librum

Hip-

Hippocraticum fuisse iudicatũ, & si minime ab ipso æditum. Sed clariora multo sunt Gal. & Erotiani testimonia, quibus addo Cælium Aur. & Ruffum Ephesium, quibus conspicuum cum fuerit, quæ Herophilus, quæque Hip. condiderint opera, nihilominus libri de locis in homine auctorem faciunt Hippocratem. Galeni, & Erotiani aperta testimonia sũt in explanatione vocum Hippocratis, & Onomastico, quibus in locis non rarò videre est librum de locis in homine agnitum, & tãquam Hippocraticum laudatũ, nulla Herophili habita mẽtione. Et libri eiusdem auctorem facit, & appellat Hippocratem.

Cæ-

Cælius Aurel. lib. 5. tard. paſ. cap. 1. & Ruffus Epheſius in procemio alterius lib. 1. de partium humani corporis appellationibus, apud quem hæc traduntur. Diuiniſſimus Hippocrates libro, qui inſcribitur de Locis in homine, &c. Adeò vt nulla remaneat dubitãdi occaſio, quin liber de locis in homine, & de quo agitur, Hippocraticus non ſit agnoſcendus, & hac in parte libenter recipio diſceptatoris conceſſionem, qui certò ſcire ſe profitetur, ex libro quem non legit, ſed venturum expectat, validiſſimis coniecturis ſe aſſecuturum, talis operis, & libri de locis in homine, a magno Hippoc. genuinam depen-

Pag. 49.

pendentiam. Magnus Hippocrates ergò libri de locis in homine fuit auctor, & ex consequenti opinionis promulgator qua stabilitur, altera pulmonis partium inflammata suam originem ducere Pleuritidem. Ex quo etiam constat, Hippocrati iniuriam facere, qui hanc illius sententiam damnat, & diuersã ab hac illius opinione, opinionem sequitur.

Rationes subnecto hac ANIMADVERSIONES QVARTA.

SI Pleuritidis signa hæc perquiramus, quę sunt respirãdi difficultas, tussis, febris continua; & ex post apparentibus

spu-

ſputum, reperiemus pulmonem affectum,& inflammatum eorum eſſe cauſam, non ipſam membranam coſtas ambientem. Eò quod mox enumerata ſigna pulmonis morbum conſequuntur, non autem membranæ inflammationem, quæ coſtis ſubſternitur. Inſuper quoniam Pleuritidi in anni cõſtitutionibus, in ætate, & in anni temporibus, ſæpe conſocia eſt Peripneumonia, & ſi quid laudabile, vel ſiniſtri accidit in Pleuritide,illud habet commune cũ Peripneumonia; & quoniam dum præcepta dãtur,quæ in Pleuritidis curatione obſeruanda ſunt, vel pulmonis ratio habetur, vel eadem ſeruanda me-

methodus est, quæ in Peripneumonia, liquidò etiam constat, hisce omnibus simul concurrẽtibus, eandem obtinere Pleuritidem, cum Peripneumoniã sedem affectam, & ab eadem causa contrahi. Itaquè lib. 3. Aphor 23. cum apud Hip. hyemales morbos legimus, inter cęteros, Pleuritidem, & Peripneumoniam adnumeratã reperio. Et Aphor. 30. sec. eiusdem, vltra iuuenilem ætatem laterales dolores, & Peripneumonias fieri scriptum reliquit. Rursus Pleuritis in Peripneumoniã trãsitum facit 7. Aphor. 11. & in pulmone dũ sputum relinquitur pus fieri, & suppurationẽ eodem Hip. teste lib. 3.
de

de morbis cap. de Pleuritide dorſali, & ipſam ſuppurationē Peripneumoniam præcipuè, & Pleuritidem conſequi in Coacis præno: edixit. alui fluor pari paſſu Pleuritico, & Peripneumonico calamitoſus eſt 6 Aph. 16. exercitata corpora, & denſa citius à Peripneumonia,& Pleuritide pereunt, quam quæ in otio degunt,in Coacis legimus. Et eodem libro notatum habetur, ſputum in omnibus Pleuriticis,ac Peripneumonicis facile, ac cito expui conuenit, & flauū ſputo admixtum eſſe. In Prognoſticorum lib. 2. tex 40 hoc theorema inſtituit Hip. grauedines, & ſternutamēta per omnes morbos, qui in pulmone fiunt,

fiunt, præuenire, & superuenire malo est. Sed in alijs morbis exitiosis sternutamenta vtilia sũt. Pulmonis ergò morbos à ceteris sternutamẽto dignoscimus, ita quidem vt ijs qui à pulmone sunt morbis exitiale sit sternutamentum, reliquis salutare. Atqui Pleuritico, ex superuenientibus sympthomatibus, deterius nihil cõtingere potest ster nutatione, ergò Pleuritica affecto in pulmone est alioquin si alterius partis esset inflammatio, sternutatio vtilis esset Pleuritico, non noxia: verum esse noxiam inter ceteros testimonium affert Merc. allegato textu libri Prognosticorum, vbi etiã Pleuritidi sternutamẽtum ma-

lum esse, scriptum reliquit. & quamuis ipse Mercur. aliam partem occupare Pleuritidem censeat, à pulmone, & tum morbis pulmonis, tum etiam Pleuritidi detrimentum afferre sternutamentum, asserat, hoc tamen est ab Hip. instituto alienum, qui pulmonis morbis tãtummodo sternutaméntũ noxium, esse dixit, cæteris grauioribus affectionibus, vtile. quamobrem, vel asseuerandum est Pleuritidem in pulmone consistere, vel si suam Sedem affectã in pulmone non habet, sternutamentum illi vtilitatem afferre. quod postremum vti falsum est, sic consentiendum est, Pleuritidem suam sortiri sedem

affectam in pulmone, eaquè de causa sternutamentum illi detrimentum afferre. & ideò Pleuritico etiam prognosticum fecisse Hippocratem, cum sanciuit, sternutamenta in omni pulmonis morbo præcessisse, & superuenire malo esse.

Curandi etiam methodus demonstrat Pleuritidis locum affectum esse pulmonem. Siquidem vti pulmonis inflammatio Pleuritis est, ita eandem obtinet curationem cum Peripneumonia. Qua de re testimonium præbet Praxagoras, & Eraclides Tarentinus apud Cælium Aur. lib. 2. acut. pas. cap. 2. hic enim eandem iudicauit curationem adhibendam Peri-

ri-

ripneumonicis, quę pleuriticis: prior verò eandem Pleuriticorum, atque Peripneumonicorum tradit esse curationem. Et Auic. f. 10.3. T. 5. cap. 4. eandem ferè testatus est Peripneumoniæ, & Pleuritidis curationem esse, & non nisi in paucis differre. Sed apertius locutus est Hip. qui non tantum lib. de locis in homine Pleuritidis exarata curatione, eodem modo Peripneumoniam curandam esse subiecit: verùm etiam lib. 3. de morbis, quibus in locis de Peripneumonia edisserit, ac etiam de Pleuritide dorsali, vbi absoluta Peripneumoniæ curandi ratione, non peccabit, inquit, si quis etiam Pleuritidem, &
 Phre-

Phrenitidem ita curare aggrediatur. Recta itaque methodo curationem instituet, qui Peripneumoniam, & Pleuritidem eodem modo curabit; quoniam vtraque affectio pulmonis morbus est. Nec peccabit si phrenitidem eadem methodo curabit. Siquidem Phrenitis, de qua illi sermo est ex secti transuersi inflammatione originem ducit, & eandem curationem sortitur cum Pleuritide, & Peripneumonia. Hinc pendet ratio, quamobrem Hip. præcepta tradens obseruanda in Pleuritidis curatione, quæ noxia quæque pulmoni vtilia sint animaduertit, vt quum dixit 2. acut. tex. 9. nisi dolor fomentis soluatur,

diu

diù calefaciendum non esse, ne resiccetur pulmo, & 3. de morbis ea de causa vinum dulce exhibendum Pleuritico, quoniam pulmo humidior factus, facilius sputum reddit. Istiusmodi inquam animaduersiones dedit Hip. quandoquidem Pleuritis pulmonis inflammatio est.

Quibus subijcio morbum acutum esse Pleuritidem, eanquè ob causam continuam febrem illi consociam esse celeriter moueri, & perniciem habere adiunctam. Quae omnia contingunt acuto morbo, quòd partis in qua residet inflammatio, ea conditio est, vt diù morbum sustinere non valeat, & ob id natura celerem, ac vehemé-

tem pugnam, cum ipso morbo aggreditur, quo fit vt celerem habeat motum, breui temporis spacio iudicetur, & perniciem ægroto afferre possit. Veruntamen mēbrana, quæ costis substernitur, quemadmodum inter partes principes locum non habet, nequè etiam inter eas partes, quę ignobiles cum sint, principibus tamen deseruiunt: ita etiam morbi in illa parte geniti minimè acuti esse poterūt, & ex consequenti, quando illa pars inflammationem contraxerit, veram pleuritidinem, & acutum morbum nullo pacto efficere poterit.

Rursus quemadmodū Pleuritis acuta affecto est, ita etiam ne-

necessario morbus magnus erit vti ex Gal. colligitur 2. Aphor. 23. atqui dum inflammatio tenet membraná quæ costas ambit, nequè magnus morbus est, nequè magnum morbum parere valet, non inquá magnus morbus est. Eo quod membrana costas succingēs nequè pars princeps est, nequè nobilior, & ita ratione partis magnus morbus dici non potest, non ratione essentię ipsius morbi, quoniam inflammatio dum residet in membrana, quæ costis substernitur, non adeò magna ęst, vt magnum morbum efficere possit. Plateri adest obseruatio apud Schenkium lib. 2. obser. 94. qui duobus dissectis cadaverib⁹ Pleu-

riticorum, maculam tantum liuidam in mẽbrana costas subcingẽte deprehendit, hęc enim macula dum aduenit Pleuritico, ingentem adeò affectionem parere nõ poterit, qua magnus morbus constituatur. Et deniq; ipsa Pleuræ inflammatio ratione causæ, magni morbi nomen non meretur, concesso etiam ipsam inflãmationem contrahi in membrana costas ambiente, quoniam humores, qui inflammationem procreant, dummodo pestilens morbus non sit, simplicem inflammationẽ pariunt, quæ ex hoc capite magna affectio dici non potest, atque proindè nullo modo magnus morbus Pleuritis esset, si ex Pleu

ræ inflammatione originem haberet.

Phrenitidẽ ne quis obijciat, quæ membranarũ cerebri inflammatio dicitur, & morbus acutus; namq; obiectio hæc nequicquam probat, nequè conuincit. Quoniam tametsi Gal. lib. 2. de Sympth. cauſ. cap. 7. Phrenitidem teſtatus ſit Phlegmonem excitare in cerebro, & eius inuolucris: nihilominus, quoniam illius cauſa morbifica locũ deprehendit, in quo princeps animi facultas reſidet, vti Gal. ipſe ſcriptum reliquit initio commentar. primi libri proret. Reſidet vero princeps animi facultas in cerebro, quod vel primario affici neceſſe eſt in phreni-

ni-

nitide, vel per consensum pati: &ob id ipsa phrenitis, & morbus acutus cerebri morbo debetur, non autem ipsius inuolucris, & membranis.

Quanquam si experimentis credimus, cerebri membranas ab inflammatione deprehendi posse, certum habemus, absquè eo quod mẽtis alienatio sequatur, pari ergo cõsensu Vallesius lib 5. Epid. com. 49. & Christopharus Auega lib. 3. de arte meden. sec. 1. cap. 6. vidisse se in capitis vulneribus, posteritati scriptum dedere, cerebri mẽbranas ab inflammatione obsessas, absquè eo quod ægrotantibus mentis alienationem, & ipsum delirium induxerint, quibus

bus ex omnibus ſtabilitur, non phrenitidem, neq; alium quẽpiam ex morbis acutis, inter quos adnumero pleuritidem, originem ducere ab inflammatione membranarum, & ipſam pręſertim Pleuritidem, ex ipſa inflãmatione membranæ ambientis coſtas, de qua Hip. nunquam locutus eſt, nec illius mẽbranę vnquam meminit.

Experimenta annecto ANIMADVERSIO QVINTA.

COncinnè dictum ab Hip. cenſeo lib. de Flatibus, de non apparentibus, & difficillimis ægritudinibus opinionem ipſa veritate iudicarę magis, cõce-

ceptas vero opiniones experiē-
tia vel comprobamus veras, vel
reijcimus falsas, & morborum
sedes affectas ipsa tandem expe-
rientia, quæ corporum resectio-
ne fit, assequitur, & quæ ille sint
dijudicamus. quo in opere se
exercuisse Hipp. inter cæteros,
scriptum reliquit Marsilius Ca-
gnatus lib. 3. variarum obseru.
cap. 10. vbi dicit, Hippocratem
ad morbos cognoscendos in æ-
grorum cadaueribus incidēdis,
& contemplandis, exerceri se
consueuisse. quod etiam facti-
tatum ab Herophilo ex eo con-
ijcere est, quod primus omniū
ad vmbilicum perduxit Ana-
thomem, vtque naturam per-
scrutaretur, plusquam septin-
gen-

genta hominum cadauera resecuit; quemadmodum de illo perhibet Tertullianus cap. 4 sui libri de anima. quamobrem si ex enarratis aliquam coniecturam efficere licet, quoniam in Hip. hæc fuit benignitas, vt nihil ipse sciuerit, quod ignorare nos voluerit, potuit propria experiẽtia addiscere, locum Pleuritidis affectum esse pulmonem, & idipsũ à semetipso obseruatum, monumentis mandare libro de locis in homine, & in tãta corporum resectione, potuit etiam Herophilus obseruare, partem in Pleuritide affectam esse pulmonem, ideòque posteris scriptum relinquere, illum altera in parte inflammatum

Pleuritidem facere.

Sed hæc coniectura eſt, eos nunc conſulamus, qui auorum æuo noſtrorum, rem accuratius perſcrutarunt, quodque ipſi obſeruarunt ſcriptum dedere, inter quos Petrum Criſpum connumero, & Ioannem Zecchium, quorum prior com. 12. prioris libri Aphor. alter verò ſuarum cõſultationum 26. propria obſeruatione, ita ſe animaduertiſſe, dilucida oratione monumentis mandarunt, vt eorum diſſectis cadaueribus, qui vera Pleuritide obijſſe credebãtur, & quorum affectionem pathognomonica Pleuritidis ſigna comitabantur, pulmones affecti deprehenſi ſunt, inlæſa pleu-

pleura. quinimmo si historias Orij ponderemus à Claudino commemoratas, respons. 15. qui ad stabiliendam cõtrariam sententiam afferuntur, reperiemus quoque in Pleuritide locum affectum esse pulmonẽ. eius oratio hæc est. Hip. sententiam oculata fides confirmare sibi visa est, dum Romæ multa ea prorsus patientes sympthomata, quæ Pleuritidem verè demonstrant, tandem vi morbi extincti, atque dissecti, pulmones tantum male affectos habebant, nulla obseruata labe in membrana pleura dicta, hoc idẽ quod viderint alij exercitatissimi Viri scribis &c. quæ cum ita sint, non tamen huic narratio-

ni acquieuit Claud. qui loco an. teà allegato vniuersas approbat historias à Ioanne Orio sibi relatas, venit tamen in sententiá vera Pleuritide superiùs commemoratos ęgratos minimè perijsse, quoniam defecit pręsertim pulsus serrinus, qui suam habet causam membranas costas ambientem, dum inflammatur, non autem ipsos pulmones affectos. Sed de pulsu duro, & serrino paulò post, & suo loco dicam. prætermittere tamen in præsentia nequeo, ipsum Claudinũ iudicium dare signorum, quæ ægrotantiũ affectiones comitata sunt, quas nec vidit, nequè in obseruatione præsẽs fuit: adeò vt quæ euenerint iudicare po-

potuerit. & plus credit ipse sibi absenti, & ratiocinanti, quam historiarum narratori, qui cum viderit, & præsens fuerit, vera etiam Pluritide extinctos esse ait, quorum cadauera dissecta cum fuerint pulmones malè affectos deprehensos fuisse perhibet nulla obseruata labe in membrana pleura dicta.

Verùm ad pensum rediens, non possum non commemorare, quæ ipsi nos obseruauimus anno 1617 quo tempore dolores grassabantur lateris, ijsdem propemodum fulti signis, quæ veras Pleuritides comitari solẽt, tanta cum strage, vt quam plurimis exitio fuerint. vndè quia agebatur de omnium salute, fuit

riticorum, maculam tantum liuidam in mẽbrana costas subcingẽte deprehendit, hęc enim macula dum aduenit Pleuritico, ingentem adeò affectionem parere nõ poterit, qua magnus morbus constituatur. Et deniq; ipsa Pleuræ inflammatio ratione causæ, magni morbi nomen non meretur; concesso etiam ipsam inflãmationem contrahi in membrana costas ambiente, quoniam humores, qui inflammationem procreant, dummodo pestilens morbus non sit, simplicem inflammationẽ pariunt, quæ ex hoc capite magna affectio dici non potest, atque proindè nullo modo magnus morbus Pleuritis esset, si ex Pleu

rę inflammatione originem haberet.

Phrenitidē ne quis obijciat, quæ membranarū cerebri inflammatio dicitur, & morbus acutus; namq; obiectio hæc nequicquam probat, nequè conuincit. Quoniam tametsi Gal. lib. 2. de Sympth. cauſ. cap. 7. Phrenitidem teſtatus ſit Phlegmonem excitare in cerebro, & eius inuolucris: nihilominus, quoniam illius cauſa morbifica locū deprehendit, in quo princeps animi facultas reſidet, vti Gal. ipſe ſcriptum reliquit initio commentar. primi libri proret. Reſidet verò princeps animi facultas in cerebro, quod vel primario affici neceſſe eſt in phreni-

nitide, vel per conſenſum pati: &ob id ipſa phrenitis, & morbus acutus cerebri morbo debetur, non autem ipſius inuolucris, & membranis.

Quanquam ſi experimentis credimus, cerebri membranas ab inflammatione deprehendi poſſe, certum habemus, abſquè eo quod mētis alienatio ſequatur, pari ergo cōſenſu Valleſius lib 5. Epid. com. 49. & Chriſtopharus Auega lib. 3. de arte meden. ſec. 1. cap. 6. vidiſſe ſe in capitis vulneribus, poſteritati ſcriptum dedere, cerebri mēbranas ab inflammatione obſeſſas, abſquè eo quod ægrotantibus mentis alienationem, & ipſum delirium induxerint: quibus

bus ex omnibus ſtabilitur, non phrenitidem, neq; alium quẽpiam ex morbis acutis, inter quos adnumero pleuritidem, originem ducere ab inflammatione membranarum, & ipſam pręſertim Pleuritidem, ex ipſa inflãmatione membranæ ambientis coſtas, de qua Hip. nunquam locutus eſt, nec illius mẽbranę vnquam meminit.

Experimenta annecto ANIMADVERSIO QVINTA.

CONcinnè dictum ab Hip. cenſeo lib. de Flatibus, de non apparentibus, & difficillimis ægritudinibus opinionem ipſa veritate iudicare magis, cõce-

ceptas vero opiniones experiē-
tia vel comprobamus veras, vel
reijcimus falsas, & morborum
sedes affectas ipsa tandem expe-
rientia, quæ corporum resectio-
ne fit, assequitur, & quæ ille sint
dijudicamus. quo in opere se
exercuisse Hipp. inter cæteros,
scriptum reliquit Marsilius Ca-
gnatus lib. 3. variarum obseru.
cap. 10. vbi dicit, Hippocratem
ad morbos cognoscendos in æ-
grorum cadaueribus incidēdis,
& contemplandis, exerceri se
consueuisse. quod etiam facti-
tatum ab Herophilo ex eo con-
ijcere est, quòd primus omniū
ad vmbilicum perduxit Ana-
thomem, vtque naturam per-
scrutaretur, plusquam septin-
 gen-

genta hominum cadauera resecuit: quemadmodum de illo perhibet Tertullianus cap. 4. sui libri de anima. quamobrem si ex enarratis aliquam coniecturam efficere licet, quoniam in Hip. hæc fuit benignitas, vt nihil ipse sciuerit, quod ignorare nos voluerit, potuit propria experiẽtia addiscere, locum Pleuritidis affectum esse pulmonem, & idipsũ à semetipso obseruatum, monumentis mandare libro de locis in homine, & in tãta corporum resectione, potuit etiam Herophilus obseruare, partem in Pleuritide affectam esse pulmonem, ideòque posteris scriptum relinquere, illum altera in parte inflammatum

pleu-

Pleuritidem facere.

Sed hæc coniectura est, eos nunc consulamus, qui auorum æuo nostrorum, rem accuratius perscrutarunt, quodque ipsi obseruarunt scriptum dedere, inter quos Petrum Crispum connumero, & Ioannem Zecchium, quorum prior com. 12. prioris libri Aphor. alter verò suarum cõsultationum 26. propria obseruatione, ita se animaduertisse, dilucida oratione monumentis mandarunt, vt eorum dissectis cadaueribus, qui vera Pleuritide obijsse credebãtur, & quorum affectionem pathognomonica Pleuritidis signa comitabantur, pulmones affecti deprehensi sunt, inlæsa pleu-

pleura. quinimmo si historias Orij ponderemus à Claudino commemoratas, respons. 15. qui ad stabiliendam cōtrariam sententiam afferuntur, reperiemus quoque in Pleuritide locum affectum esse pulmonē. eius oratio hæc est. Hip. sententiam oculata fides confirmare sibi visa est, dum Romæ multa ea prorsus patientes sympthomata, quæ Pleuritidem verè demonstrant, tandem vi morbi extincti, atque dissecti, pulmones tantum male affectos habebant, nulla obseruata labe in membrana pleura dicta, hoc idē quod viderint alij exercitatissimi Viri scribis &c. quæ cum ita sint, non tamen huic narratio-

potuerit. & plus credit ipse sibi absenti, & ratiocinanti, quam historiarum narratori, qui cum viderit, & præsens fuerit, vera etiam Pluritide extinctos esse ait, quorum cadauera dissecta cum fuerint pulmones malè affectos deprehensos fuisse perhibet nulla obseruata labe in membrana pleura dicta.

Verùm ad pensum rediens, non possum non commemorare, quæ ipsi nos obseruauimus anno 1617 quo tempore dolores grassabantur lateris, ijsdem propemodum fulti signis, quæ veras Pleuritides comitari solēt, tanta cum strage, vt quam plurimis exitio fuerint. vndè quia agebatur de omnium salute, fuit

initum conſilium, vt ad aſſequendam morbi naturam, quã plura cadauera ſecarentur. quo præſtito Chirurgus, qui illa diſſecuerat, Romam miſſus fuit. vt quę iuſſa Magiſtratus, & monita exequeretur in conſultationẽ adhibuit Odoardum Lopium, Angelum Victorium, Cynthiũ Clementem, & Philandrum Colutium, magnos in Vrbe Medicos, qui ſuper ea re habita conſultatione, poſt varias diſputationes, vnanimi denique cõſenſu decreuere, lateris dolores fuiſſe Pleuriticos, ſuamque originem habuiſſe à pulmonis inflammatione, eo quòd in omnibus cadaueribus eorum, qui ab eò morbo extincti fuerunt, ſem-

ſemper pulmo affectus inuentus eſt. quibus ex omnibus inconcuſſa manet veritas, affectũ in Pleuritide locum eſſe alteram pulmonis partium, quum ex inflammatione tumet.

Obiectiones ex Hippocrate diluo ANIMADVERSIO SEXTA.

QVibus rationibus vtantur ex Hippocrate magni nominis diſputatores, nũc ſubijcio: & à diſceptatore facto principio, hæc ille habet. ijs Pag. 30. 31. non obſtantibus, veram exiſtimamus communem ſententiã, non quòd eam ſolum edocuerint veteres illi magni nominis

Medici ab Aureliano relati: sed ipsemet medicinæ parens Hippocrates, quippè qui, vbicunque de hac materia pertractat (loco illo iam controuerso excepto) communem firmat doctrinam, vt videre est lib. 1. de morbis num. 27. vbi Pleuritidē fieri ait in carne, quæ est in latere, non autem in pulmone. & 1. acut. 35. de Pleuriticis verba faciens, tales, scribit, veteres sydere esse putarunt ictos, ob hoc quidem maximè, non minus autem, quòd mortuis ipsis latus liuidum reperitur, & simile quid plagę appareat. ergo apud Hipp. non pulmo, sed latus afficitur in Pleuritide. Quibus
Pag.6. hæc adiecit Exegeticus. pudet
di-

dicere iſtos vnum, aut alterum textum Hippocratis, ſexcentis alijs eius locis, mentique, & aſſertioni Medicorum omnium conſtantiſſimè anteponere, & omnia, quæ de Pleuritidis ὑπάρξει vbique locorum dicta ſunt, ad ſententiam illorum duorum textuum reuocare. hæc habentur in ſumma.

Quæ antea quam in examen reuocem, non poſſum contineri, quin gratias innumeras agam ijs, quorum in arbitrio poſitum cùm fuerit, potuiſſe ſexcentis Hippocratis locis vti, ad propriam ſtabiliendam opinionem, & pro eorum confutatione, quę à nobis dici poſſent, paucioribus contenti fuerunt,

ijsqueadeò ab instituto alienis, vtcùm pensum susceperint, ex Hippocratis decreto comprobare de Pleuritidis loco affecto, cõmuniorem sententiam veram esse, quæ tenet membranam quæ costas vestit, inflammationem suscipere in Pleuritide; ipsi non hanc cõclusionem confirmant, sed solummodo hanc deducunt conclusionem: Ergò apud Hippocratem latus afficiatur in Pleuritide. ac si latus eadem pars sit cum membrana costas subcingente, & qui latus inflammari perhibet, membranam ambientem costas inflammari dicat. præterquamquòd dissimulandum non erat à disceptatore, vt qua fiducia Mercu-

curiale vſus eſt Auctore ad docendum, non debere eſſe nos ſolicitos de loco illo libri de locis in homine, quia Hippocratis ille liber non eſt ita germanus, vt debeamus inconcuſſam fidem ei adhibere: eadem ratione, eademque fiducia debuiſſe ex eodem Mercuriale aduertere, eodemmet capite de Pleuritide in teſtimonium allato, dixiſſe Mercurialem de libro de morbis, quem in ſuum adhibet patrocinium, libros illos de morbis ſub Hippocratis nomine publicatos, non eſſe magni Hippocratis, ſed potius alicuius Medici Gnidij; & proindè inconcuſſam fidem adhibendam non eſſe auctoritati, & teſtimo- Pag. 48.
 nio

nio ex lib. priore de morbis allato, cui tantopere nititur diſceptationis ſcriptor. quanquam forte melius dici poteſt, nonnulla opera conſcripſiſſe Hippocratem, quæ omnibus numeris ſunt abſoluta, quęque adeò exaſciata, atque elimata ſunt, vt nihil ipſis addi, opponi, vel detrahi poſſit. in quamplurimis verò operibus, inter quæ adnumero libros de morbis, alium ipſum ſtylum ſeruaſſe, atque inibi multa cõſcripſiſſe vel memoriæ cauſa, vel ex magis recepta ſui temporis opinione, vt quæ maturiori conſilio decerneret in poſterum. vel etiam ad proprij ingenij exercitationem. Vndè factum eſt, vt non

nun-

nunquam diuersa dixerit, interdum super eadem re contraria decreuerit. idque contigisse de loco affecto in Pleuritide. quo circa, nisi asseuerare libeat in libro priore de morbis de notha, & illegitima Pleuritide verba fecisse Hippocratem, omninò diuersa monumentis mandasse statuendum est, ab ijs, quæ conscripserat libro de locis in homine, & hanc omninò amplectendam esse sententiam, ob rationes, & experimenta allata superius. nam quantum concipi potest ex ipso Disceptatore, quid aliud sibi voluit Hip. loco allegato libri primi de morbis, quá pleuritidem fieri in carne, quæ in latere est. Quo concesso, dis- Pag. 31.

simu-

simulandum non est, neque hoc in loco, neque alibi vnquā mēbranæ ambientis costas mētionem haberi apud Hip. adeo vt argumentum desumi possit ex illius membranæ inflammatione, suum ortum habere pleuritidem. quod erat à disputatore probandum. Non me fugit
Pag.57. apud disceptatorem legi: & si Hip. talem membranam explicitis verbis non repræsentet in suis operibus, adeò tamen euidenter eam designat, quando Pleuritidem fieri dicit ex inflāmatione carnis, quę est in latere, vt nihil vlterius desiderari debeat à medicinæ dictatore. Sed hæc laxè nimis afferuntur, quoniam lateris significatio co-
stas,

ſtas, carnem, membranas, & cutem quæ in latere eſt complectitur: neque voce lateris membrana quæ coſtis ſubſternitur, exprimi poteſt. Quarè ſuperius dictis inhærens, vel Hipp. hoc loco de notha Pleuritide ſermonem habuit, vel contraria perhibuit ijs, quæ aſſeruntur libro de locis in homine, & libri huius opinionem veram eſse & ſuſcipiendam.

Tantum abeſt, vt ex loco libri primi acut. tex. 35. efficiatur concluſio, affici latus in Pleuritide, non pulmonem, vti ediſſerit diſputator, vt potiùs oppoſitum decernatur ab Hipp. qui lateris liuorem pulmonis inflãmationem conſequi nõ pleuræ Pag. 32.

mor-

morbum edixit lib. Coacarum, apud quem hæc scripta reperio. Siquidem igitur aortę appellatę vtrinque appẽdentes pulmonis partes valdè inflammatę sint, vt ad latus assideat, hac corporis parte resoluuntur, & liuores foris circa costam habent. Si verò nõ valdè inflammatæ sint, vt non assideant, dolor quidem fit per totum, non tamen resoluuntur, neque liuores habent. quibus decernitur Hipp. interpretem, & disputatorem diuersam ab ipsomet Hippocrate formasse cõclusionem. quippe qui ex liuore argumentatus est immediate latus affici, cùm Hippocrates hoc mediate contingere decreuerit, & prius esse vehementem

pul-

pulmonis inflammationem, qua ipse liuor adueniat, qui cũ à pulmone procedat, non latus esse affectum indicat, sed ipsum pulmonem.

Pleuritidis veræ ac nothæ datur distinctio ANIMADVERSIO SEPTIMA.

NOn tulit Disceptator absque contradictione Pleuritidis veræ, ac nothæ distinctionem, qua de causa hæc obiecit. quod enim exaduerso respondetur, talem affectum Pleuritidem esse, at non veram, & exquisitam, sed spuriam, ac nothã, omninò futile existit, ac vanũ. Pleuritidis distinctio in veram,

ac ſpuriam, & pro loci varietate has diuidi, & inter ſe variari, tam notum eſt apud Medicos, quam quòd notiſſimum, quique hoc negant, neque etiam à limine medicinæ Scriptores ſalutaſse, videntur. ergò dum inflāmatio partes occupat, quæ in latere ſunt, & pulmonis partem alteram obſidet, cui ex hiſce duabus affectionibus Pleuritidis verę debeatur nomen, vel nothæ, inquiſitione dignum eſt. Sanè quantum concipi poteſt ex ijs, quæ anteà retulimus, quibus indicauimus Pleuriticorum diſſectis cadaueribus, quique vera Pleuritide obijſse credebantur, quam ſcilicet omnia comitabantur ſymptomata,

ra, omniaque pathognomonica ſigna, quæ veræ Pleuritidi debentur, quoniam ſemper pulmones affecti inuenti ſunt, illæſa, & incolumi membrana quæ coſtas veſtit, liquet etiam hanc eſse veram, & legitimam Pleuritidem, aliaſque omnes hoc nomine donatas, nothas eſse, & illegitimas.

Oppoſitionum quæ experimentis fit confutatio, ANIMAEVERSIO OCTAVA.

ADeò credit ipſe ſibi diſputator, vt ſuæ opinionis adamator, cæterorum experimenta contemnat, qua da cauſa compulſus eſt dicere, conferen.

rendum non esse Herophilum, Petronium, Platerum, Zecchiũ,
Pag. 47. 57.
cum tota Medicorum schola, quum errãtes illi fuerint, & debili nixi fundamento decepti, reputantes eos Pleuriticos, qui simul erant peripneumonici. & denique rem istam ità se habere, ostendere experientiam, quæ millies in cadaueribus Pleuriticorum manifestauit, membranam solam fuisse læsam, & purulenta materia turgidam, liuidoque colore fœdatam, absque vlla apparente macula in pulmone. hæc eorum summa est, quæ obijciuntur: Ipse verò antequàm singula examinare suscipiam, moderari aliquantulum cupio illud millies, & ipsos
di-

disceptatores monitos volo, magnam sibi prouinciam asciscere, velle demonstrare millies experientia comprobatum, mẽbranam solam, pleurã dictam, læsam fuisse, absque vlla apparente macula in pulmone. Nam nos quoque in hoc orbe terrarũ viuimus, & operam damus tum ratione, tum experientia morborum naturam consequi, & laborantes in morbo partes reperire, neque quòd asseritur, vnquam cõtigit inuenire; quin potius acri iudicio, & magno ingenio præditi viri Alexander Petronius, Marsilius Cagnatus, Ioannes Zecchius, Felix Platerus, Petrus Crispus ex ijs quæ ipsi obseruarunt, in cadauerum

resectione, testati sunt in Pleuriticorum cadaueribus illæsa, incolumique membrana costas ambiente, solos pulmones affectos obseruasse se, & pulmones solummodo repertos fuisse, Pleuritidis sedem affectam. & quamuis commemoratis Medicis tota Medicorum schola opponi credatur, quæ diuersam sententiam sequuta est. huic tamen oppositioni dicitur, cum Medicorum schola tota minime adnumerari posse Hippocratem, qui quam tuemur sententiam, ipse docet, & apertis verbis scriptam reliquit: at defecisse ab Hippocratis sententia quam plurimos, nihil miri est, cùm alterius sæculi ambitus

non-

nondum completus ſit, cum primum Caluus Hippocratis opera latinitati donauit, quò factum eſt, vt non anteà, ſed poſt hæc tempora, addiſcere cœperint Medici, partem Pleuritidis affectã, eſſe pulmonẽ cuius auctoritas excitauit ingenia, propria etiam obſeruatione experiri, & oculata fide teſtimonium dare, tanquam ab ijs viſum, & obſeruatum, non alium quam pulmonem eſſe Pleuritidis locum affectum. & hac de cauſa cæteris omiſſis, eorum teſtimonia plurimi facienda ſunt. quãdoquidem, vti ex Plauto primo floridorum auctor eſt Apuleius, pluris eſt teſtis oculatus vnus, quam auriti decem. quibus ex

omnibus indubitatum esse debet, Medicis à me allatis adhibendam esse fidem, posthabitis omnibus, qui de libro in librũ suam opinionem transtulerunt, neque vt hanc rem exploratam haberent, experientia vsi sunt quemadmodum decebat.

Neque plurimi facienda est responsio, qua redarguuntur Medici à me commemorati, qui
Pag. 58.
vt dicitur, decepti eos crediderunt Pleuriticos, qui simul erãt peripneumonici. Persuasit nanque ipse sibi disputator, ea de re posse se absentem meliùs iudicium afferre, ijs qui præfuerunt, & oculorum acie vsi sunt, dum Pleuriticorum cadauera secabantur, simulque obseruarunt

runt illæsa, & incolumi pleura, pulmones dumtaxat affectos fuisse, vt sileam magna iniuria notari viros præstantissimos, tanquam deceptos in obseruatione ab ipsis visui comprobatę.

Prosper Martianus sibi contrarius est & propria obseruatione reijcitur, ANIMADVERSIO NONA

QVantum concipi potest ex ijs, quæ alio loco dixit Prosper Martianus, quũ de Pleuritidis loco affecto disputat, contra Marsilium Cagnatum rem habet loco à disputatore allato, quem his ipsis verbis hic repetit. Scio quidem in Pag. 58.

Archihospitali sancti Spiritus, ad quòd pauperes ex Romano agro curandi afferuntur, quotidiè obseruari cadauera Pleuriticorum, in quibus latus læsum, & corruptum reperitur. Sed quātum attinet ad Prosperum Martianum, ego qui illum, e facie noui, & scio, habuisse locum Romæ inter Medicos, nō multi nominis, censeo illius narrationem nihili faciendam esse. attamen subijcio dixisse Martianum latus læsum, & corruptum repertum in cadaueribus dissectis, cum ipse disceptator probādum susceperit solam membranam costas subcingentem affectam, ac læsam reperiri. quòd suis verbis Martianus mini-

nime tradidit. perhibuit quidẽ, quotidie obseruari cadauera Pleuriticorum, in quibus latus læsum, & corruptum reperitur: quæ sanè verba aliud sonant ab inflammatione pleuræ, qua mediante effici Pleuritidem, disceptator profitetur. Quibus etiam subijcio, obseruari quotidiè vt latus læsum, & corruptũ reperiatur, sicuti à veritate longingua narratio est, ità hiperbolica prorsus assertio est, & in scientijs alienissimum probationis genus. & quod maiori Animaduersione dignum est, obseruationibus, quas toties reperito loco libri de locis in homine, in suis prælectionibus addebat Cagnatus, quandã Mar-

tianus affert limitationem, quà Cagnati obseruationes non omninò reijciuntur. & Hip. opinio non omninò repellitur, sed cõprobatur potiùs. Martiani oratio hæc est. quòd si in omnibus sectis cadaueribus pulmones læsos, in Pleuritide semper reperit, considerare debebat Romæ id obseruasse, vbi propter cæli inconstantiam, & humiditatis excessum, morbi à capite pro maiori parte ortum ducunt, vt mirum non sit, si Pleuritides, & peripneumoniæ, quæ hic vagantur, sint ferè omnes de numero earum, de quibus hoc loco fit mentio. hucusque Martianus. qui à veritate coactus, dicere impulsus est, saltem Ro-

mæ ſententiã Hip. de loco Pleuritidis affecto verificari, & locũ habere.

Et licèt Martianus perſuadeat ipſe ſibi, obſeruari Romæ, & alibi rarius, vt Pleuritides, ijs ſimillimæ, quæ narrantur ab Hip. lib. de locis in homine, originem ducant, idque contingere propter cæli incõſtantiam, & humiditatis exceſſum, quibus mediãtibus morbi à capite magna ex parte ortum ducunt, ex cuius partis fluxione fit pleuritis. nihilo ſæcius, quia aduerſus Cagnatum diſputabat, qui alieniſſimus fuit à vulgata opinione, vt Romanum cælum incoſtans ſit, & in humiditate excedat, quemadmodum ille

lib.

lib. de Romani aeris salubritate, non contemnendis argumentis apertè demonstrauit: & rationibus illius acquieuit Lypsius cum in proprijs notis ad librum tertium de Romana magnitudine cap. 2. ille sic perhibuit. de salubritate aeris Romani librum scripsit, nuper, Marsilius Cagnatus Medicus eruditus, & accuratus, quo vulgata infamia colles, & cælum Romæ liberat. Quia inquam contra Cagnatũ agebatur, dissimulandum non erat à vulgata, de Romani aeris temperie, aliam ipsum sequutum fuisse opinionem, eaque mediante decreuisse, Romanũ cælum non inconstans esse, neque in humiditate excedere, adeò

adeò vt insalubre illud reddat: quamobrem hoc primum probandum erat à Martianò, quòd tanquam certum assumpserat, & indubitatum.

Sed disputationis causa, quæ vult, Martiano donemus. Romani aeris inconstantia, quam causam præbet vt morbi à capite pro maiori parte originem ducant: quia cælo autumnali assimilatur; & quemadmodum autumnus, ob aeris inconstantiam, morborum ferax est, eadem de causa Romanus aer, quia inconstans, morbos plurimos parit. cæterum esse Romanum cælum inconstans, esse varium, esse morbosiorem, necessaria causa non est, vt morbi

magna ex parte à capite ortum ducant. Quandoquidem, hæc omnia aeri cõsocia esse possunt, absque eò quòd morbi à capite proficiscantur: & morbi à capite ortum ducere possunt, absque eo quòd aer incostans sit, & inequalis. quibus subnecto, aeris incõstantia, & inæqualitas morbosiorem autumnum præcipuè non reddit, sed solis recessus, & Vrbis cælum adeò inæquale nõ est, & incostãs, vt dãnari possit, & censeri queat insalubre. quibus de causis, omnis Martiani ratio nullius momenti redditur, & nullius frugis censenda est.

Ad hæc humiditatis excessus, qui in Romano aere notatur, quam

quam causam habere potest, vt morbi à capite magna ex parte proueniant, & inde Pleuritides, quæ à biliosa fluxione proficiscuntur? Galenus æquidem lib. 2. de temper. cap. 6. humidiorem opinatus est esse Romanum aerem; sed pituitosæ defluxionis causam, non autem biliosæ, ipsius verba pono. Compluribus à capite defluit pituita, atque id maximè Romæ, ac locis perindè humidis. Igitur Romani aeris humiditas, quæ maxima censetur, & morborum causa, quoniam de Galeni sententia pituitosæ fluxionis in causa est, efficere nequit, vt morbi à capite magna ex parte originem du-

ducant, qui à biliosa fluxione generantur, eamque ob causam Pleuritides nascantur, quorum causa cum bilis sit, non est cur illam referamus in pituitam, cuius fluxio concitatur ab aere Romano. Verum quia Romanus aer damnatum humiditatis excessum non patitur, & cælum & situs illius saluber est, idcircò omnis ratio ex hoc capite deducta aspernẽda, reijcienda, deplodendaque est.



Palsus

Pulsus Durus, & Serrinus Pleuritidis Pathognomonicum signum non est. ANIMADVERSIO X.

SErmonem institruo circa Pleuritidis signa, & de ijs præcipuè sermonem facere in animo est, de quibus dubitatio est, an pleuritidi congruant, tametsi ex alterius partis pulmonis inflammatione ortum ducat, eaque sunt pulsus durus, & serrinus, lateris dolor, & sputũ, quòd in ipso morbo proijcitur. Et à pulsu duro, & serroso facto exordio, in vera Pleuritide istiusmodi pulsus reperiri, conceptis verbis textatus est, & promulgauit

Pag. 85. uit disceptator. Et certè, quamuis non solum à disputatore, verum etiam à communiori parte Medicorum, commemorati pulsus inter signa pleuritidis pathognomonica adnumerentur; nihilo sæcius ipse Gal. qui huiusmodi pulsus tantifecit, ad pleuritidem dignoscendam, prima Aphor. 12. & lib. 2. de difficul. resp. cap. 8. sicuti cętera pleuritidis signa enumerat, febrem scilicet, dolorem pungitiuum, tussim difficultatemque respirandi: ita pulsum durum, & serrinum alto silentio donauit. Et Cælius Aur. lib. 2. acut. pass. cap. 14. diuersum, à commemorato pleuriticorum, pulsum esse suis hisce verbis dixit. Pulsus densior,

ſior, celer, fortis, & veluti fluctuans, & ſuo percuſſu preſſurã ſignificans. Et ex iunioribus Montanus 9. ad Almanſor lect. 58. de pleuritide ſermone inſtituto, quamuis multa dixerit de pulſu duro, & ſerrino, nihil ominus iſtiuſmodi ſerrini pulſus differentiam, ſe non agnouiſſe, palam confeſſus eſt. Et Petrus Criſpus 1. Aphor. 12. aliam à communiori ſententiam ſecutus eſt cũ prohibuit neq; in Pleuriticis perpetuo sẽſibus manifeſtus eſt ſerrinus pulſus: in leuioribus nanque duritiem ſolam, & exiguam animaduertimus. Argenterius verò lib. de conſul. ratione cap. 12. perpetuo pulſus de quibus agitur, in pleuritide, non obſeruari, hiſce verbis ſcri-

ptum reliquit. Durus verò, & serrosus non fit, nisi vbi multũ tenditur membrana ex magnitudine inflammationis: in minoribus verò, & pituitosis, vel durities nulla adest, aut certe non tanta, vt serrosus pulsus euadat. Hæc ille, quibus ex omnibus colligo magnam agnouisse scribentes de pulsu pleuriticorum diuersitatem, ea vt opinor de caussa, quod in hoc morbo magna reperiatur illius differentia, quemadmodum indicauit Vallesius 7. Epid. com. 25. cum perhibuit. Pleuritidem agnosco ex dolore, febre, & tussi, & difficili respiratione. Differẽtiam pulsus raro explicat Hippocrates, quam tamen hic etiam attigit, dicens, erat corpus ad

manus

manus frigidius arterijs. Id enim nihil est aliud, quam maiorem calorem indicari arteriarum motu, quam tactu. Itaque habebat pulsum vehementer auctiusus. Duritiei pulsus non video vbi vnquam meminerit Hippocrates, tussim tertia, & quinta die fuisse dicit, spiritum densiorem dicit à principio, innuens Dolorem dicit fuisse grauem, quod non videtur esse pleuritice, siquidem esset pungens, verum neque pulsus differentiam, neque doloris adeo exactam, reperies in omni Pleuritide: sed magnam vtriusque in alias differentias inclinationem, ob partis differentiam, & humoris, & complicationem a-

liarum passionum, quæ Vallesius, cum alijs supra allegatis Scriptoribus, satis aperte dixerũt ad docendum pulsus serrini, quod affertur signum in Pleuritide, quemadmodum & duri, non adeo certum esse, & perpetuum, vt, quemadmodum mea fert sententia, inter illius signa pathognomonica collocari debeat.

At emergit dubium, quo mediante persuadere nititur disputator, pulsum necessariò durũ effici in Pleuritide, eò quod corpus arteriarum durum est, & membranæ subcingenti compatitur; vti è contrario, si Pleuritis partem affectam sortiretur pulmonem (quæ sanè communior

Pag. 84.

nior sententia est) quoniam hic mollis est, molles quoque pareret pulsus, Pleuriticis contrarios, in quibus pulsus duri, non molles contrectantur. quantum attinet ad disceptatorem hic, quod est in controuersia positum, tanquam verum assumit, & pulsus duritiem Pleuritico consociam, credit, ex tunica quæ costis substernitur inflammatione, cui compatitur arteria & pulsum efficit durũ in Pleuritide quod sicuti est in controuersia positum, ita nec verum est, neque vero simile. quod autem à veritate longinquum sit, ex pulmonis inflammatione, quia hic mollis est, fieri etiã molliores pulsus, docuit Ludo-

mollitiem fieri ex pituitoso ságuine inundante, atque humectante arterias, cum certum sit mollitiem esse propriam arteriarum mollium differentiam. Sed arteriæ non redduntur molliores quam antea, quia pulmo inflammatur, sed quia ipse ex materia antecedente, & coniuncta humectatur. hæc Merc. ex quo constat, ratione potiùs antecedentis causæ, vel coniunctæ duros, vel etiam molles fieri pulsus, quam ratione partis, quæ inflammatione tumeat, eo quod illa mollis, aut dura sit. vnde si Pleuritidem contemplemur, quæ pulmonis inflammatio est, & à bilioso sanguine frequẽtiùs proficiscitur, tum ratione cau-

læ, tum ratione inflammationis duriores pulsus illam comitabuntur. quod etiam Galeni sententia cõfirmatur, qui lib. 4. de cauf. pulf. cap. 7. & lib. 1. de diff. feb. cap. 7. in fine, satis dilucide scriptum reliquit, omnes quos cum inflammatione febris corripit, habere pulsus duros. itaque si rationi tantummodo standum est, hæc euidenter demonstrat, ex pulmonis inflammatione cum duros, tum etiam serrosos pulsus fieri posse: eoq; magis si pulmonem inflammatum contemplemur, & cum membranæ ambientis costas inflammatione cõferamus. si quidem, quia pulmo maiores arterias obtinet, quam sortiatur tu-

nica,

nica, quæ coſtas ambit, maiorem quoque calorem communicabit & cordi, & reliquis arterijs, quam impartiri queat tunica, quæ coſtis ſubſternitur. quo fit vt à vehementiori calore magis exiccari poſſint arteriæ, & pulſus duriores fieri, verum his omnibus omiſſis. quantum ipſe obſeruare potui, in Pleuritide interdum pulſus tenſos obſeruamus, non rarò duros, rariſſime ſerrinos, quique vſque ad finem morbi non perueniunt in reliquis, quales febrium continuarum frequentiſſime.

Dolet

Dolet etiam pulmo. ANIMADVERSIO VNDECIMA.

Pag.40. INgeniosus inquit disputator non dolere pulmones, iccirco in eorum opinionem, qui eos dolore affici profitentur, sic inuehitur. insuper vt Gal. monstrat 4. de locis affect. cap. 5. 6. & omnes fere Anathomici fatentur, pulmones incapaces sunt acerrimi, ac vehementis doloris, vt est qui punctorius dicitur. ergo in eis non potest fieri Pleuritis, quæ talem, ex natura sua, habet adiunctum dolorem. Gal. cuius doctrinã sequitur disceptator, quemadmodum fatetur pulmones à vehementi dolore

non

non cruciari, ita illius partis adeo remissos dolores esse testatus est, vt grauitatis sensum inferant, & aliquando extentionem quandam, quæ vel ad os pectoris, vel ad spinam perueniat, vti apud illum videre est 4. de locis affec. cap. 8. vnde 3. acut. com. 3 8. quoniam Pleuritidem arbitratus est, effici in membrana costas ambiente, peripneumoniam vero ex pulmonis morbo, iccircò scriptum reliquit, Pleuritis dolorem in latere habet, peripneumonia non habet. quæ eo consilio tradidit Gal. quoniam, sicuti pulmo, ex illius sententia, vel exiguum, vel nullum dolorem patitur, sic cum dolorifica affectione labo-

rat,

rat neque lateris, neque pectoris dolorem affert. Verum enim vero, quamuis hæc ità ferantur, nihilominus Hip. cuius veram narrationem in medium affero, ab enarrata, diuersam sententiam, sequitur. quippe qui à pulmonis morbo lateris, pectoris, iuguli dolorem, consequi, & obseruari monumẽtis mandauit. itaque libro de locis in homine, cum exarasset Pleuritidem altera pulmonis partium inflammata, originem habere, & partibus ambabus inflãmatione tumentibus, effici peripneumoniam, confestim subiecit. peripneumonia multo periculosior est, & dolores multo fortiores facit, qui ad laterum
mol-

mollitudinem, & ad clauiculas tendunt. & lib. de inter. affect. vbi de pulmonis inflammatione loquitur, dolor, inquit, præmit acutus in pectora, & dorsum, & laterum mollitudinem, & latera. & eodem lib. de pulmonis Erysipelatæ sermone instituto, fortis, dolor ait, incidit in pectoribus, & præ dolore æger decumbere non potest. & lib. 2. de morb. in pulmonis tuberculo dolor, inquit, tenet acutus, ad pectus, & ad latera. & 3. de morb. cum pulmo tumet præ calore, dolor perhibet ille, acutus emergit, & dorsum, & pectus, & latera veluti acubus pũguntur. 3. denique acut. tex. 58. balnea peripneumoniæ magis, quam

liarum passionum, quæ Vallesius, cum alijs supra allegatis Scriptoribus, satis aperte dixerũt ad docendum pulsus serrini, quod affertur signum in Pleuritide, quemadmodum & duri, non adeo certum esse, & perpetuum, vt, quemadmodum mea fert sententia, inter illius signa pathognomonica collocari debeat.

At emergit dubium, quo mediante persuadere nititur disputator, pulsum necessariò durũ effici in Pleuritide, eò quod corpus arteriarum durum est, & membranæ subcingenti compatitur; vti è contrario, si Pleuritis partem affectam sortiretur pulmonem (quæ sanè commu- Pag. 84.

nior

nior ſententia eſt) quoniam hic mollis eſt, molles quoque pareret pulſus, Pleuriticis contrarios, in quibus pulſus duri, non molles contrectantur. quantum attinet ad diſceptatorem hic, quod eſt in controuerſia poſitum, tanquam verum aſſumit, & pulſus duritiem Pleuritico conſociam, credit, ex tunica, quæ coſtis ſubſternitur inflammatione, cui compatitur arteria & pulſum efficit durũ in Pleuritide quod ſicuti eſt in controuerſia poſitum, ita nec verum eſt, neque vero ſimile. quod autem à veritate longinquum ſit, ex pulmonis inflammatione, quia hic mollis eſt, fieri etiã molliores pulſus, docuit Ludo-

mollitiem fieri ex pituitoso sā-
guine inundante, atque hume-
ctante arterias, cum certum sit
mollitiem esse propriam arteria-
rum mollium differentiam. Sed
arterie non redduntur mollio-
res quam antea, quia pulmo in-
flammatur, sed quia ipse ex ma-
teria antecedente, & coniuncta
humectatur. hæc Merc. ex quo
constat, ratione potiùs antece-
dentis causæ, vel coniunctæ du-
ros, vel etiam molles fieri pul-
sus; quam ratione partis, quæ
inflammatione tumeat, eo quod
illa mollis, aut dura sit. vnde
si Pleuritidem contemplemur,
quæ pulmonis inflammatio est,
& à bilioso sanguine frequētiùs
proficiscitur, tum ratione cau-
 sæ,

sæ, tum ratione inflammationis duriores pulsus illam comitabuntur. quod etiam Galeni sententia cõfirmatur, qui lib. 4. de cauf. pulf. cap. 7. & lib. 1. de diff. feb. cap. 7. in fine, satis dilucide scriptum reliquit, omnes quos cum inflammatione febris corripit, habere pulsus duros. itaque si rationi tantummodò standum est, hæc euidenter demonstrat, ex pulmonis inflammatione cum duros, tum etiam serrosos pulsus fieri posse: eoq; magis si pulmonem inflammatum contemplemur, & cum membranæ ambientis costas inflammatione cõferamus. si quidem, quia pulmo maiores arterias obtinet, quam sortiatur tunica,

nica, quæ costas ambit, maiorem quoque calorem communincabit, & cordi, & reliquis arterijs, quam impartiri queat tunica, quæ costis substernitur. quo fit vt à vehementiori calore magis exiccari possint arteriæ, & pulsus duriores fieri, verum his omnibus omissis. quãrum ipse obseruare potui, in Pleuritide interdum pulsus tensos obseruamus, non rarò duros, rarissime serrinos, quique vsque ad finem morbi non perueniunt in reliquis, quales febrium continuarum frequentissime.

Dolet

Dolet etiam pulmo. ANIMADVERSIO VNDECIMA.

Pag. 40. INgenioſus inquit diſputator non dolere pulmones, iccircò in eorum opinionem, qui eos dolore affici profitentur, ſic inuehitur. inſuper vt Gal. monſtrat 4. de locis affect. cap. 5. 6. & omnes fere Anathomici fatentur, pulmones incapaces ſunt acerrimi, ac vehementis doloris, vt eſt qui punctorius dicitur. ergo in eis non poteſt fieri Pleuritis, quæ talem, ex natura ſua, habet adiunctum dolorem. Gal. cuius doctrinã ſequitur diſceptator, quemadmodum fatetur pulmones à vehementi dolore

non cruciari, ita illius partis adeo remissos dolores esse testatus est, vt grauitatis sensum inferant, & aliquando extentionem quandam, quæ vel ad os pectoris, vel ad spinam perueniat, vti apud illum videre est 4. de locis affec. cap. 8. vnde 3. acut. com. 3 8. quoniam Pleuritidem arbitratus est, effici in membrana costas ambiente, peripneumoniam vero ex pulmonis morbo, iccircò scriptum reliquit, Pleuritis dolorem in latere habet, peripneumonia non habet. quæ eo consilio tradidit Gal. quoniam, sicuti pulmo, ex illius sententia, vel exiguum, vel nullum dolorem patitur, sic cum dolorifica affectione labo-

mollitudinem, & ad clauiculas tendunt. & lib. de inter. affect. vbi de pulmonis inflammatione loquitur, dolor, inquit, præmit acutus in pectora, & dorsum, & laterum mollitudinem, & latera. & eodem lib. de pulmonis Erysipelatæ sermone instituto, fortis, dolor ait, incidit in pectoribus, & præ dolore æger decumbere non potest. & lib. 2. de morb. in pulmonis tuberculo dolor, inquit, tenet acutus, ad pectus; & ad latera. & 3. de morb. cum pulmo tumet præ calore, dolor perhibet ille, acutus emergit, & dorsum, & pectus, & latera veluti acubus pũguntur. 3. denique acut. tex. 58. balnea peripneumoniæ magis,

quam febri ardenti ea de causa magis conducere scriptum reliquit, quoniam lateris, pectoris, dorsique dolorem mulcet. quibus ex omnibus compertum sit, dolorificas pulmonis affectiones lateris, dorsi, pectorisque doloribus manifestari, & ex dolore, qui in his partibus fit, representari, cõtra id quod à Gal. eiusque sectatoribus decantatum fuit.

Hunc nodum soluere conatus est disceptator, quum dixit. si visus est non nunquam Hippocrates, de peripneumonia loquens cõtrarium pronunciare, re vera tamen id absolute non proposuit, sed cum adiuncto. videlicet sub scapulis, dor-

ſi, aut laterum, ad latera, ad laterũ mollitudinem, ad claviculam, ad mammã & huiuſmodi; quo loquendi modo eum apparet agnouiſſe dolorem in vicinis partibus, & ratione mẽbranarũ pulmonibus, annexarum, non perſe, & in propria eorum ſubſtantiæ, compagine, ac mole. hæc ſubtilis animaduerſio, & argumenti ſolutio, nullo modo quadrat cum Gal. doctrina, qui ſicuti peribet, à vehementi dolore pulmones non cruciari, ſic fatetur, pectoris, laterisque dolores non inferre, & quanquam huiuſmodi doloris cauſam ad vicinas pulmonis partes, quæ membranæ ſunt, referat diſputator. hanc tamen

ra-

rationem, & limitationem contemnunt, qui pulmone inflammato effici Pleuritidem obseruarunt illæsa, & incolumi membrana, quæ costis substernitur: ex qua Animaduersione, certiores reddimur lateris, pectoris, aliosque similimos dolores in pulmonis morbo, ex ipso inferri, non autem primario ex propinquioribus partibus, quarum nulla læsio est.

Quibus subnecto, dolorificas pulmonis affectiones ita agnouisse Hip. vt nõ nunquã pulmonis dolores appellet. quod sibi voluit 2. prognos. tex 43. vbi latinus interpres Fœsius ait, in omnibus pulmonis, & laterum doloribus sputa celeriter, prompte-

pteque expui conuenit. Hippocratem non raro imitatur Corn. Cel. qui dolorificas pulmonis affectiones, pulmonis dolores exprimit. vnde cap. 1. lib. 2. ætatem, quæ adoleſcentiam ſequitur, inter cæteras affectiones, etiam pulmonis dolores ſubſtinere, teſtatus eſt. & cap. 7. allegati lib. 2. dolorem autem pulmonis (ita ſcriptum reliquit) ſi neque per ſputa, neque per cucurbitulas &c. & demum cap. 8. lib. 4. eaſdem ferè ſorbitiones adhibendas eſſe, mandauit in iecoris morbo, quæ in pulmonis doloribus. & à ſua hac ſententia minime receſſit Celſ. dũ lib. 4. cap. 7. de peripneumonia dixit, id genus morbi plus peri-

culi, quam doloris habet. comparatè enim locutus est Celsus, qui animaduertens, periculum in peripneumonia esse maximum, & dolorem non contemnendum, vt periculi magnitudinem exararet, & hanc dolore maiorem esse, iccircò suo sermone vsus est, inquens id genus morbi plus periculi, quam doloris habet.

Et dolere pulmones, ex iunioribus confirmat Schenkius in obseruationum suarum prohemio, vbi scriptum reliquit, parum firmiter peruestigasse Galenum cor abscessum pati nō posse, nec non pulmones, & ligamenta dolorem. & latè eidem dubio satisfecit Franciscus Co-

lu-

lutius, & Riolanus, quorum prior, de quærelis nephriticis lib. 1. collec. 3. cap. 2. Hæc posteritati tradidit: altero modo sumi potest, & considerari organum, vt solum coadiuuans, & conducens actionibus, non autem vt necessariò connexum partibus, quæ operantur, & tūc illa pars non eget organo subiectiue, sed sufficit influxus illius, & sic cōtingit sensus in cerebro pulmonis substantia, iecore: siquidem ista suapte natura originaliter habent sensum, & dolent: quando verò alterantur propter causam morbificam, accidentalis res est, vt bene notat Hippocrates in prognosticis, & de locis in homine loquens de-

Pleuritide. quod idem confirmat Auerrhoes 3. collig. c.30. de pulmonibus, vbi ait, pulmones exquisitissimo sensu à natura præditos esse, ita vt minimã quamlibet læsionem sentire nõ sit dubium. quod non est interpretandum, sicut à vulgo interpretatur, de sensu accidentali, verum de maxime ad nato, & connaturali accipiendum est. quippè omnium partium corporis pulmo maxime sanguineus, & ideo dolere maxime aptus est, vt docet Arist. 1. histor. anim. cap. 17. Riolanus vero hisce verbis vsus est lib. 3. Antropographiæ cap. 11. nerui complures ab vtroq; Stomachicho Oexophagum perreptante, pul-
mo-

monum ſubſtantiam ingrediũtur, qua propter valde ſenſiles ſunt, nec poſſum abduci, vt credam cum Gal. perexiguum, aut ferè nullũ ſenſum habere lib. 1. de diff. reſp. lib. 3. prognoſ. com. 30. lib. 4. de loc. affect. cap. 6. cõtra ſcripſit Hippocrates lib. 3. de morbis pulmonum inflammationes dolorificas eſſe, ipſumq; dolorem lateri, & dorſo communicari ob tunicæ pulmonẽ ſubcingentis, & pleuræ continuitatem, parilemque ſubſtantiam: at pleuræ acutiſſimus eſt ſenſus, ergò tunica pulmonum, pleuræ ſoboles, ſenſus exquiſiti particeps erit. quin etiam ipſa pulmonum ſubſtantia pluribus neruis inſtructa eſt, deductis ex

implicatione,& cõtextu neruorum ſtomachicorum,ex quibus reticularis ille plexus conflatur; quem deſcribit Faloppius, & ad baſim cordis collocat, cum tamen ab ea longe diſtet, & iuxta vertebras dorſi reperiatur. hactenus illæ. qua ſua diſſertatione ſenſu præditos pulmones eſſe, ſatis diluoidè demonſtrauit, nec non dolere etiam magno interdum cruciari.

Non me fugit Riolani opinionem ab eodem diſceptatore caſtigari, & Laurentij teſtimonio aſtrui, nullos in pulmonis ſubſtantia, neruos diſſeminari, atque proinde à vehementi dolore nunquam cruciari poſſe. ipſum ſcribentem audiamus.

Non

Non ita clara est, & vera Riolani assertio, quin contrarium sentiant anathomici alij, & inter illos hanc velut omnibus manifestam stabiliat, clarissimus Laurentius propositioné, quod nimirum pulmonis tunicam parui attingunt nerui, à sexta coniugatione exorti, nulli autem in eis substantiam dissemin antur: vt proinde magna cum ratione auctores omnes Gal.4. de loc. affect. sequuti pulmones dixerint, vehementi dolore nunquam cruciari. Sed quanti valeat contra Riol. Laurentij testimonium obseruare nequeo. quippe, qui neque quam habuit Riol. opinionem, astruit aut in examen adduxit, Pag.78.

vt confutaret Laurentius. cum hic nec viderit, nec legerit, nec præ manibus habuerit Riolani opera anathomica, eo quod hic post Laurentium vixerit, & sua typis scripta mãdauerit. ex quo factum est, vt Laurentius nulla habita animaduersione, eorum quæ super ea re dixit Riolanus, solummodo lib. 9. de histor. anath. cap. 14. cum declarasset, pulmonem perexiguum sensũ habere, inferius subiecit: pulmonis tunicam paruulos neruulos attingere, à sexta coniugatione exortos, & nullos in pulmonis substantiã disseminari. ex quo compertum fit Riolani sententiam in examen minime reuocasse Laur. sed communio-

rem

rem ſententiam dumtaxat ſequutum fuiſſe, quam Riolanus inſectatur, & pulmones ſentire, ac dolere pronunciauit, cui fauent teſtimonia, & rationes à nobis hucuſque deducta.

Sputum è pulmone prodit in Pleuritide, *ANIMADVERSIO DVODECIMA.*

DE ſputo diſputo, & diſſertationem de ſignis expedio, nec non ſputum quod excernitur à pulmonibus prodire & à pulmonibus reijci ex Hippocratis doctrina, comprobare non eſt arduum. preclara enim apud illum habemus teſtimonia in libris acutorum, qui-

bus

rationem, & limitationem contemnunt, qui pulmone inflammato effici Pleuritidem obseruarunt illæsa, & incolumi membrana, quæ costis substernitur: ex qua Animaduersione, certiores reddimur lateris, pectoris, aliosque similimos dolores in pulmonis morbo, ex ipso inferri, non autem primario ex propinquioribus partibus, quarum nulla læsio est.

Quibus subnecto, dolorificas pulmonis affectiones ita agnouisse Hip. vt nõ nunquã pulmonis dolores appellet. quod sibi voluit 2. prognos. tex 43. vbi latinus interpres Fœsius ait, in omnibus pulmonis, & laterum doloribus sputa celeriter, prompte-

pteque expui conuenit. Hippocratem non raro imitatur Corn. Cel. qui dolorificas pulmonis affectiones, pulmonis dolores exprimit. vnde cap. 1 lib. 2. ætatem, quæ adoleſcentiam ſequitur, inter cæteras affectiones, etiam pulmonis dolores ſubſtinere, teſtatus eſt. & cap. 7. allegati lib. 2. dolorem autem pulmonis (ita ſcriptum reliquit) ſi neque per ſputa, neque per cucurbitulas &c. & demum cap. 8. lib. 4. eaſdem ferè ſorbitiones adhibendas eſſe, mandauit in iecoris morbo, quæ in pulmonis doloribus. & à ſua hac ſententia minime receſſit Celſ. dũ lib. 4. cap. 7. de peripneumonia dixit, id genus morbi plus peri-

culi, quam doloris habet. comparatè enim locutus est Celsus, qui animaduertens, periculum in peripneumonia esse maximum, & dolorem non contemnendum, vt periculi magnitudinem exararet, & hanc dolore maiorem esse, iccircò suo sermone vsus est, inquens id genus morbi plus periculi, quam doloris habet.

Et dolere pulmones, ex iunioribus confirmat Schenkius in obseruationum suarum prohemio, vbi scriptum reliquit, parum firmiter peruestigasse Galenum cor abscessum pati nō posse, nec non pulmones, & ligamenta dolorem. & latè eidem dubio satisfecit Franciscus Co-

lu-

lutius, & Riolanus, quorum prior, de quærelis nephriticis lib. 1. collec. 3. cap. 2. Hæc posteritati tradidit. altero modo sumi potest, & considerari organum, vt solum coadiuuans, & conducens actionibus, non autem vt necessariò connexum partibus, quæ operantur, & tũc illa pars non eget organo subiectiue, sed sufficit influxus illius, & sic cõtingit sensus in cerebro pulmonis substantia, iecore: siquidem ista suapte natura originaliter habent sensum, & dolent. quando verò alterantur propter causam morbificam, accidentalis res est, vt bene notat Hippocrates in prognosticis, & de locis in homine loquens de

Pleuritide. quod idem confirmat Auerrhoes 3. collig. c.30. de pulmonibus, vbi ait, pulmones exquisitissimo sensu à natura præditos esse, ita vt minimã quamlibet læsionem sentire nõ sit dubium. quod non est interpretandum, sicut à vulgo interpretatur, de sensu accidentali, verum de maxime ad nato, & connaturali accipiendum est. quippè omnium partium corporis pulmo maximè sanguineus, & ideo dolere maximè aptus est, vt docet Arist. 1. histor. anim. cap. 17. Riolanus vero hisce verbis vsus est lib. 3. Antropographiæ cap. 11. nerui complures ab vtroq; Stomachicho Oexophagum perreptante, pulmo-

monum ſubſtantiam ingrediũtur, qua propter valde ſenſiles ſunt, nec poſſum abduci, vt credam cum Gal. perexiguum, aut ferè nullũ ſenſum habere lib. 1. de diff. reſp. lib. 3. prognoſ. com. 30. lib. 4. de loc. affect. cap. 6. cõtra ſcripſit Hippocrates lib. 3. de morbis pulmonum inflammationes dolorificas eſſe, ipſumq; dolorem lateri, & dorſo communicari ob tunicæ pulmonẽ ſubcingentis, & pleuræ continuitatem, parilemque ſubſtantiam: at pleuræ acutiſſimus eſt ſenſus, ergò tunica pulmonum, pleuræ ſoboles, ſenſus exquiſiti particeps erit. quin etiam ipſa pulmonum ſubſtantia pluribus neruis inſtructa eſt, deductis ex

implicatione,& cõtextu neruorum stomachicorum,ex quibus reticularis ille plexus conflatur; quem describit Faloppius, & ad basim cordis collocat, cum tamen ab ea longe distet, & iuxta vertebras dorsi reperiatur. hactenus illæ.. qua sua dissertatione sensu præditos pulmones esse, satis diluoidè demonstrauit, nec non dolere etiam magno interdum cruciari.

Non me fugit Riolani opinionem ab eodem disceptatore castigari, & Laurentij testimonio astrui, nullos in pulmonis substantia, neruos disseminari, atque proinde à vehementi dolore nunquam cruciari posse. ipsum scribentem audiamus.

Non

Non ita clara est, & vera Riolani assertio, quin contrarium sentiant anathomici alij, & inter illos hanc velut omnibus manifestam stabiliat; clarissimus Laurentius propositionē, quod nimirum pulmonis tunicam parui attingunt nerui, à sexta coniugatione exorti, nulli autem in eis substantiam dissemināntur: vt proinde magna cum ratione auctores omnes Gal. 4. de loc. affect. sequuti pulmones dixerint, vehementi dolore nunquam cruciari. Sed quanti valeat contra Riol. Laurentij testimonium obseruare nequeo. quippe, qui neque quam habuit Riol. opinionem, astruit aut in examen adduxit, Pag. 78.

rem ſententiam dumtaxat ſequutum fuiſſe, quam Riolanus inſectatur, & pulmones ſentire, ac dolere pronunciauit, cui fauent teſtimonia, & rationes à nobis hucuſque deducta.

Sputum è pulmone prodit in Pleuritide, ANIMADVERSIO DVODECIMA.

DE ſputo diſputo, & diſſertationem de ſignis expedio, nec non ſputum quod excernitur à pulmonibus prodire & à pulmonibus reijci ex Hippocratis doctrina, comprobare non eſt arduum. preclara enim apud illum habemus teſtimonia in libris acutorum, qui-

bus

bus demonstratur ; sputum è pulmone educi, atque excerni. in quam sententiam locutus est 1. acut. tex. 23 : cum protulit. Si os madescat, & quæ à pulmone expuuntur talia sint, qualia esse oportet & 3. acut. tex. 10. porrò, ait, mulsa siticulosa minus, quã dulce vinũ existit, nẽpe & pulmonẽ mollit, & sputum mediocriter educit, & tusses mitigat. quibus famulantur quæ Gal habet com. 26 eiusdẽ lib. 3. acu. vbi sputũ pulmonis sputũ appellat, non alia de causa, quam quod ex ipsis pulmonibus excernitur & in Pleuritide ex pulmonibus sputum reijci in Anaxionis historia lib. 3. Epid. manifestauit Hippocrates ; quo loco comme-

memorans, quæ vndecima die contigerunt, tuſſes, inquit, adhuc, & quæ à pulmone prodibant liquida erant. & iterum vigeſima erat ſiticuloſus, & à pulmone prodeuntium purgationes non bene. & lib. 3. de morbis de Pleuritide dorſali verba faciens, pulmo, ait humidior factus facilius, & citius ſputum reddit. Sed hæc adeo aperta ſunt, vt probatione non indigeant.

Communiori tamen ſententiæ inhærens Diſceptator, & Exegeticus ſputum in Pleuritide profitentur, immediatè ex pulmonibus non educi, ſed membranæ ambientis coſtas inflammationem tranſudare in pulmo- Pag. 86. Pāg. 84.

monem, & ex pulmone ferri in asperam arteriam, qua mediante tussi excreatuque reijcitur. verum eorum in dissertatione nihil effatu dignum attulerunt. quandoquidem sicuti in sputo, quod reijcitur à peripneumonico, eadem fit animaduersio, quæ in Pleuritide, eadẽ fit prognonis, eadem conspicitur crassities, tenuitas, idem color, eadẽ substantia, & vno verbo nulla accedit differentia inter peripneumonici, & Pleuritici sputũ: ita ab eodem membro proficiscitur, & eandem habet causam, quæ pulmonis est inflammatio. qua de causa quemadmodum in peripneumonia ex pulmone primo sputum eijcitur, ita in Pleu-

Pleuritide. alioquin si resudaret primo à membrana costas subcingente, pari ratione transudaret etiam à cæteris partibus internis, dum inflammantur. quamobrẽ necesse esset aliquid excerni, quod sputo proportione responderet: sique illud nõ secerneretur, suppuratione m cõsecuturam, quæ empyemati vicesgereret. quod euenire obseruarique in internis inflammationibus, nullus est qui tradat, vel animaduertat. qua simillima ratione decernendum est, neque etiam quippiam trãsudare ex tunica, quæ costis substernitur. præterquamquod ipsa membrana costas ambiens, adeo tenuis est, vt nullo pacto tan-

Pleuritide. quod idem confirmat Auerrhoes 3. collig. c.30. de pulmonibus, vbi ait, pulmones exquisitissimo sensu à natura præditos esse, ita vt minimã quamlibet læsionem sentire nõ sit dubium. quod non est interpretandum, sicut à vulgo interpretatur, de sensu accidentali, verum de maxime ad nato, & connaturali accipiendum est. quippè omnium partium corporis pulmo maxime sanguineus, & ideo dolere maxime aptus est, vt docet Arist. 1. histor. anim. cap. 17. Riolanus vero hisce verbis vsus est lib. 3. Antropographiæ cap. 11. nerui complures ab vtroq; Stomachicho Oexophagum perreptante, pulmo-

monum ſubſtantiam ingrediũtur, qua propter valde ſenſiles ſunt, nec poſſum abduci, vt credam cum Gal. perexiguum, aut ferè nullũ ſenſum habere lib. 1. de diff. reſp. lib. 3. prognoſ. com. 30. lib. 4. de loc. affect. cap. 6. cõtra ſcripſit Hippocrates lib. 3. de morbis pulmonum inflammationes dolorificas eſſe, ipſumq; dolorem lateri, & dorſo communicari ob tunicæ pulmonẽ ſubcingentis, & pleuræ continuitatem, parilemque ſubſtantiam: at pleuræ acutiſſimus eſt ſenſus, ergò tunica pulmonum, pleuræ ſoboles, ſenſus exquiſiti particeps erit. quin etiam ipſa pulmonum ſubſtantia pluribus neruis inſtructa eſt, deductis ex

implicatione,& cõtextu neruorum ſtomachicorum,ex quibus reticularis ille plexus conflatur, quem deſcribit Faloppius, & ad baſim cordis collocat, cum tamen ab ea longe diſtet, & iuxta vertebras dorſi reperiatur. hactenus illæ. qua ſua diſſertatione ſenſu præditos pulmones eſſe, ſatis dilucidè demonſtrauit, nec non dolere etiam magno interdum cruciari.

Non me fugit Riolani opinionem ab eodem diſceptatore caſtigari, & Laurentij teſtimonio aſtrui, nullos in pulmonis ſubſtantia, neruos diſſeminari, atque proinde à vehementi dolore nunquam cruciari poſſe, ipſum ſcribentem audiamus.

Non

Non ita clara est, & vera Riolani assertio, quin contrarium sentiant anathomici alij, & inter illos hanc velut omnibus manifestam stabiliat, clarissimus Laurentius propositioně, quod nimirum pulmonis tunicam parui attingunt nerui, à sexta coniugatione exorti, nulli autem in eis substantiam disseminantur: vt proinde magna cum ratione auctores omnes Gal. 4. de loc. affect. sequuti pulmones dixerint, vehementi dolore nunquam cruciari. Sed quanti valeat contra Riol. Laurentij testimonium obseruare nequeo. quippe, qui neque quam habuit Riol. opinionem, astruit aut in examen adduxit, Pag. 78.

tem ſententiam dumtaxat ſequutum fuiſſe, quam Riolanus inſectatur, & pulmones ſentire, ac dolere pronunciauit, cui fauent teſtimonia, & rationes à nobis hucuſque deducta.

Sputum è pulmone prodit in Pleuritide, ANIMADVERSIO DVODECIMA.

DE ſputo diſputo, & diſſertationem de ſignis expedio, nec non ſputum quod excernitur à pulmonibus prodire & à pulmonibus reijci ex Hippocratis doctrina, comprobare non eſt arduum. preclara enim apud illum habemus teſtimonia in libris acutorum, qui-

bus

bus demonstratur, sputum è pulmone educi, atque excerni. in quam sententiam locutus est 1. acut. tex. 23. cum protulit. Si os madescat, & quæ à pulmone expuuntur talia sint, qualia esse oportet & 3. acut. tex. 10. porrò, ait, mulsa siticulosa minus, quã dulce vinũ existit, nẽpe & pulmonẽ mollit, & sputum mediocriter educit, & tusses mitigat. quibus famulantur quæ Gal habet com. 26 eiusdẽ lib. 3. acu. vbi sputũ pulmonis sputũ appellat, non alia de causa, quam quod ex ipsis pulmonibus excernitur & in Pleuritide ex pulmonibus sputum reijci in Anaxionis historia lib. 3. Epid. manifestauit Hippocrates; quo loco comme-

memorans, quæ vndecima die contigerunt, tuſſes, inquit, adhuc, & quæ à pulmone prodibant liquida erant. & iterum vigeſima erat ſiticuloſus, & à pulmone prodeuntium purgationes non bene. & lib. 3. de morbis de Pleuritide dorſali verba faciens, pulmo, ait humidior factus facilius, & citius ſputum reddit. Sed hæc adeo aperta ſunt, vt probatione non indigeant.

Communiori tamen ſententiæ inhærens Diſceptator, & E- Pag. 86. xegeticus ſputum in Pleuritide Pag. 84. profitentur, immediatè ex pulmonibus non educi, ſed membranæ ambientis coſtas inflammationem tranſudare in pul-

mo-

Pleuritide. alioquin ſi reſudaret primo à membrana coſtas ſubcingente, pari ratione tranſudaret etiam à cæteris partibus internis, dum inflammantur. quamobrē neceſſe eſſet aliquid excerni, quod ſputo proportione reſponderet: ſique illud nō ſecerneretur, ſuppuratione m. cōſecuturam, quæ empyemati vicesgereret. quod euenire obſeruarique in internis inflammationibus, nullus eſt qui tradat, vel animaduertat. qua ſimillima ratione decernendum eſt, neque etiam quippiam trāſudare ex tunica, quæ coſtis ſubſternitur, præterquamquod ipſa membrana coſtas ambiens, adeo tenuis eſt, vt nullo pacto

tan-

tantam sputi copiam subministrare queat, quam à Pleuritico excerni videmus. & quod magis est, tametsi hanc à pleura transudationem concedamus, quæ certè neganda est, quoniã non totus in inflammatione collectus humor resudat, sed illius pars tenuior, atque proinde quæ remanet, cum abscessu suppurationem efficeret, neque vlla Pleuritis vnquam sputo iudicari integre posset, adhæc si quippiam resudaret ex membrana quæ costas ambit, dum inflammatur, illud tenue esset non crassum; & nihilominus Pleuritici crassa etiam sputa excernunt, quod argumento est, nõ membrana, quæ costis subster-

sternitur sputum secerni, sed ab ipsis pulmonibus primò excreari, atque reijci.

Resudare saniem, siue ichores ex inflammatione, quæ oculos, vel os occupat neque verū, neq; verisimile est, nam quantum spectat ad inflammationē, quæ oculos infestat, dum hæc oritur, viget, & declinat, in causa est vt lacrymæ decidant, quarū materia diuersa est à sanie, & ichoribus. neque ex eo quod collacrimetur opthalmici oculus, argumentum desumi potest saniem resudare & ichores, ex parte inflammata, vti obijcitur. & quantum attinet ad inflammationem, quæ os, vel fauces deprehendit, neque etiam ex illis

illis partibus ſanies reſudat, ſiue ichores. nanque vt Celſus, ait, in angina, interdum neque rubor, neque tumor vllus apparet: ſed corpus aridum eſt. nõnunquam vero, Aretheo teſte, ſaliua effunditur, vel pituita craſſiſſima, & frigida defluit. quibus liquido cõſtat, potiùs areſcere aliquando anginoſorum fauces, quam tranſudet ſanies vel ichores, & ſi quippiam defluit, eſſe ſaliuam, & craſſam pituitã, quæ nihil habent commune cum ſanie, & ichore: neque ex eo quod ſaliua effundatur, vel pituita, inferri poteſt ſaniem tranſudare, & ichorem.

Ex Anaxione obiectiones dissoluo.

ANIMADVERSIO TERTIADECIMA.

DVm quęrit disceptator extricare se ex nodo, & argumento, quò sputa ex pulmone prodire comprobatur; anaxionis exemplo, ipse disputator spuria, & illegitima Pleuritide Anaxionem laborasse profitetur; nec non complicato morbo, ex subcingentis membranę, & pulmonis inflammatione oborto. & insuper Anaxionis labores ex spuria, & illegitima Pleuritide originem duxisse ex Fuhcsio comprobat; & Mercuriali, dum ille ex materiali cau- Pag.90.

ſa, hic ex longitudine morbi argumentum talis aſſertionis deſumit. ſed quæ eſt iſta materialis cauſa apud Fuhcſium, quæ illegitimam, ſpuriamq; Pleuritidem parit? Fuhcſius ipſe explicat ex Aetio lib. 2. de med.mor.cap.8. vbi, quod quærimus exarat, his ipſis verbis: non temere adiectum eſt (exquíſitè & propriè loquendo) ſi quidem ex cruditatibus plurimis, cibiſque craſſis, ac pituitoſis, crudi lentique, & craſſi humores in corpore generantur, qui nonnunquam repente ſe, in vacuum Thoracis locum, Aetio lib. 8. cap.68. teſte, ingerunt, aut in ipſum etiam pulmonem, atque ſua multitudi-

ne ſubcingentem latera intrinſecus membranam, diſtendentes inferunt dolorem, vt imaginatio factę inflammationis, imperitis exhibeat. verum ſpuria hæc Pleuritis, quæ diſerto ſermone apud Aetium delineatur, longè diuerſa affectio eſt, ab Anaxionis Pleuritide, enimvero citrà controuerſiam, ipſo etiam teſte diſceptatore, Anaxionis Pleuritidem effecit inflammatio, qua carere ſpuriam Aetij Pleuritidem, ipſe Aetius fatetur. hanc lenta febris comitatur, cũ adeſt, illi conſocia erat febris acuta, huic ſanguinem inciſa vena detraxit Hippocrates, & ſuæ ſanguinem mittere errore ſeductos Medicos facere, dixit

Aetius. quibus etiam subijcio: quum Anaxion factus sit delirus, insomnis, siticulosus, & ipsum acuta febris deprehenderit, rationi consentaneum est, à bilioso succo Pleuriticam inflāmationem originem traxisse, & biliosum succum (quantum attinet ad causam) exquisitè Pleuritidis causam profitentur omnes, cum tamen Aetius illegitimę & spurię suę Pleuritidi, materialem causam statuat crudos, cassos, lentos, pituitososque succos. quæ omnia satis superque demonstrant, illegitima, spuriaque Pleuritide minimè laborasse Anaxionem; & Pleuritidis causam non eam extitisse, quæ spuriam

Pleu-

Pleuritidem parere potuerit.

Venio ad Mercurialem, cuius commentaria in Anaxionis historiam cupio omnes legere, vt certiores fiant, alienissimum fuisse Mercurialem, Anaxionē spuria, & illegitima Pleuritide laborasse, ex morbi illius longitudine ducto argumento. cum potiùs Mercur. profiteatur legitimam, non spuriam fuisse Anaxionis Pleuritidem. quod ipse proprijs verbis exarauit, cū dixit. habuit hoc tempore febrē acutam, lateris dexteri continuum dolorem, atque tussim siccam, cum siti, & vigilia, atq; anhelitus difficultate, quæ omnia sympthomata poterunt vnumquemque docere, Anaxio-

nem vera Pleuritide laborasse, & suam hanc opinionem confirmat, dum causam reddit, quamobrem Hippocrates in Anaxione ætatis non meminerit: quoniã scilicet Pleuritis vera non sit in alia ætate, quam virili, annuens in ætate virili vera Pleuritide deprehensum fuisse Anaxionem. quod totum contrarium est liberè disputatoris assertioni, in qua profitetur, ex illegitima Pleuritide ortum duxisse Anaxionis labores, etiã ex Mercurialis testimonio.

Neque alicui in mentem cadat, quicquid Mercurialis dixerit, illegitimam fuisse Anaxionis Pleuritidem, ex longitudine illius ducto argumento quan-

do-

doquidem ea fuit mens Hippocratis in exarandis, atque conscribendis historijs Epidemicis, Gal. teste 1. proret. com. tex. 8. vt docta vniuersaliter perquireret, per ea quę particulariter in vno quoque ægroto viderat, atque obseruauerat. vnde si quid rarum, ac peregrinum contigebat, monumentis mãdare operæpretium duxit, eam ob caussam, vt Medicos monitos faceret, coniecturalem artem esse medicam, rationemque coniecturæ talẽ esse, vt sæpius respondeat, interdum verè fallat nos. & quantum ad morbi solutionem attinet, nonnunquam præter spem moriatur, vel sanitati donetur ægrotus, aut citius

multo, vel serius quam par est moriatur, vel pristinam valetudinem consequatur ægrotus. exemplo desert. Philiscus, qui tertia die visus est à febre liber, sexta mortuus est. Critonis, & Calui morborum principia satis læuia videbantur; prior enim à pede cœpit dolere, huic vero femur dextrum doluit. nihilominus ille postridie mortuus est, hic verò quarta die. Parionis filius ex ardente febre centesima vigesima obijt. & è contrario, mulier quæ decumbebat in littore trimestri fœtus grauida, ex vehementi febre decimaquarta conualuit. Methon cũ vrinis nigris quinta die iudicatus est; Virgo Larissea ex febre ar-

ardente, sexta die pristinam valetudinem consecuta est. Heropytus à febre ardente deprehensus, centesima vigesima iudicatus est. & Anaxion cum à vera Pleuritide affligeretur, trigesima quarta iudicatus est, cũ critico sudore, quod iudicationis genus, tam quoad euacuationem, quam quoad diem in quo iudicium factum est, peregrinum est. & rarum in Pleuritide, & ideò dignum, vt posteritati scriptum relinqueretur ab Hipp. & inter Epidemicas obseruationes annecteretur.

Quibus cognitis facilè reijcitur disputatoris assertio, qua decernit, illegitimam fuisse Anaxionis Pleuritudem, & ob plu- Pag. 90.

res simul affectas partes, mixtũ fuisse morbum, ex pleuritide, & peripneumonia: quoniam re vera Anaxionis morbus Pleuritis solummodo fuit, nec alteri morbo complicata nanquè Gal. qui prima Aphor. 12. & lib. 2. de difficul. respir. cap. 8. accuratè satis, atque exactè Anaxionis historiam examinat, pleuriticũ fuisse illum agnoscit, & ex illius morbo Pleuritidis signa venatur, atque exarat: nec quicquã addit, quo mediante conijcere valeamus, compositũ Anaxionis fuisse morbum ex pleuritide, & peripneumonia. nam vti peripneumoniam suis signis dignoscimus, ita Pleuritidẽ proprijs signis discernimus. & dum

con-

cõtingit vt morbus ſit complicatus ex Pleuritide, & peripneumonia, ambarum quoque affectionum ſigna, & ſympthomata conſequuntur, quapropter eò quod Anaxionis morbum Pleuritica dumtaxat ſigna comitabantur, & ſympthomata, ideò Pleuritidem tantummodo illius morbum extitiſſe, conſentiendum eſt, ex pulmonis inflammatione ſuam originem habẽte. & propterea ſumma etiam ratione factum, vt ex ipſo pulmone iam inflammatione deprehenſo excreando ſputa reddiderit.

Va-

Varios sensus propono ad sententiam de locis in homine.

ANIMADVERSIO QVARTADECIMA.

SErmonem flecto ad ponderandum limitationes, & argumenta, quibus interpretatur, sententia libri de locis in homine, quæ circa Pleuritidis affectá Sedem versatur. & priore loco ex ipso disceptatore. Fœ-
Pag.48. sij opinionem pono, quam ipse hisce suis verbis in medium attulit. prima ea sit, quam tradit in adnotationibus ad talem librum, versatissimus in Hippocratis lectione Anutius Fœsius, contrariam videlicet esse sen-

ſententiam libri de locis in homine, alteri in alijs libris allatę; ideòque non veram: ſic enim ait vir iſte: neque enim iſta cũ prognoſtico, aut Coacis prænotionibus, aut cum libris de morbis conſentiunt, vbi peripneumoniam altera pulmonis parte inflammata facit Hippocrates.

Ludouicus Duretus, Coacarum enarrator lib. 2. cap. 16. com. textus 21. dum eam partẽ interpretatur, in qua apud Hippocratem de peripneumonia diſſeritur, & nunc totum pulmonem inflammari, aliàs partem illius, interdum ſupernam, nunc mediam, aliàs infernam pulmonis alam, ab inflammatione opprimi monumentis tra-

di-

ditum est, allatæ huic Coacarũ sententiæ, opponit hanc quam præ manibus habemus exami- nandam opinionem ex lib. de locis in homine, vbi altera pulmonis partium inflammata, Pleuritidem effici scriptum reliquit, integro vero pulmone affecto peripneumoniam suam originem ducere; vt contrarietatem dirimeret, descriptam in Coacarum prognosi, suis distinctam partibus peripneumoniã, Hippocratem verius sapere, quã sapiat ille de locis in homine liber.

Andreas Cæsalpinus lib. 6. artis med. cap. 5. & 10. huic etiã dubio manus dedit, illudque soluit, ex pulmonis affectione

Pleu-

Pleuritidem non effici, sed quoniam membrana costas ambiēs primario, vel per consensum lęditur, ex cuius læsione ortum ducit Pleuritis, licet pulmo simul lędatur. quo respiciens Hippocrates lib. de de locis in homine, vnius lateris peripneumoniam Pleuritidem dixit.

Daniel Sennertus ipso capite de Pleuritide, & illi adiecta quæst. 2. licet Hippocratis locum de locis in homine in medium non afferat, neque examinet, nihilosecius quia hanc ipsam sententiam in quæstionem, reuocat, ideo ea proposita, dubio satisfecit, illudque dissoluit scribens, in omni Pleuritide necessariò pulmonem non affici, ita

tamen contingere, vt simul cũ membrana quæ costas ambit inflãmetur aliquando : à verò tamen alienum non esse, quin ipsa tunica, quæ costis substernitur sola interdum inflammationem substineat, & verã Pl uritidem pariat.

Iulius Cæsar Claudinus respõsione 15. sententiam de locis in homine explanauit, & interpretatus est, inquiens. hoc sibi voluisse Hipp. loco de quo agitur, vt terminus à quo tam Pleuritidis, quam peripneumoniæ constituatur caput, & terminus ad quem in peripneumonia pulmones, in Pleuritide latus. & tametsi latus vtrunque doleat in peripneumonia, vnum in

Pleu-

Pleuritide, nunquam tamen constituisse ipsos pulmones locum affectum in pleuritide, sicut in peripneumonia, & latera in pulmonia dolere ob participationem, merito cuius peripneumoniç nonnunquam coniungitur, vel sequitur pleuritis: quibus significare voluit Claudinus, pleuritidem suam sedem affectam habere in latere, peripneumoniam in pulmone, & latus in pleuritide dolere ex primaria affectione, in pulmonia verò quoniam pulmonis affectio lateri communicatur.

Prosper Martianus, quam habuit opinionem in hac controuersia manifestauit, in libri

de locis in homine commentario n. 261. pag. 77. eamque recitat disceptator, cum perhibet. Pag. 49. tertia accedat responsio Prosperi Martiani non insufficienter, vt puto, difficultatem enodantis, quando Hippocratem illic de pleuritide spuria, quæ consistere potest in pulmonibus, nõ de exquisita loqui affirmat. nam cum loquatur de illa pleuritide, quæ à destillatione à capite ortum ducit, atque à bile tantum dependet, clarum est eum non habere sermonem de vera, sed de pleuritide non exquisita: cum in vera non à capite descendat materia, sed à toto, & à proximis partibus ad affectos locos procedat, sitque

non

non ſola bilis, ſed bilis & pituita ſimul, vt idem docet Hipp. lib. 1. de morbis, eius cauſa.

Diſceptator, ſuam attulit opinionem duobus capitibus diſtinctam: quorum primũ continet, auctorem illius libri non habere de pleuritide, & peripneumonia vniuerſalem ſermonem, ſed particularem tantummodo, cum videlicet tales affectus ex rheomatiſmo bilioſę materiæ, à capite ad thoracem proueniunt, ideoque non debere indè deduci propoſitionẽ communem in quacunque pleuritide, vel peripneumonia, verificandam. enimuerò ſi pleuritis originem ducat & fiat, vel per attriſmon, & congeſtionem Pag. 52.

materie in subcingente membrana, vel per rheomatismum, & confluxum ab alijs corporis partibus, casus vbique diuersus erit à iam descripto. cumque in casibus istis nullam concipiant, vel concipere debeant pulmones labem, & materiam, adhuc tamen pleuritis erit dicenda, vt ab Hip. lib. 1 de morb. n. 23. dicitur & stabilitur, quemadmodum etiam & peripneumonia costituenda venit, quando pulmo (eodem asserente Hippocrate) trahit in seipsum humores, illique in eo sedem occupant putrescunt, ac suppurantur, siue talis attractio fiat in totum pulmonem, siue immedietatem tantummodo.

Po-

Posteriori autem capite, hoc complectitur Hipp. ad modum vulgi locutum fuisse, qui cum dolor ad clauiculam fertur, & vnum latus occupat, & exiguus etiam dolor est, coopertã pleuritidem appellant, quamuis peripneumonia sit. voluit nanque Hippocrates vulgari opinioni se accommodare, & peripneumoniæ, ob allatas rationes nomen pleuritidis donare. Pag. 54.

Qua denique ratione factum sit, vt dolorem lateris vtriusque peripneumoniam, vnius vero pleuritidem vocauerit Hippocrates, tribus rationibus, seu potius coniecturis complectitur Exegeticus. quarum prior est, quod cum insolens sit, & fere Pag. 20.

 inau-

inauditum in arte medica, quẽquam corripi simul, & semel duplici pleuritide: Si id vnquã contigit obseruare, verisimilius est id à pulmonibus inflammatis, quam ab ipsis lateribus repetere. non enim fieri potest, vt fluxio, quæ extenditur in totum thoracem, & vtrunque latus occupat, quin etiam occupet partes internas, & ipsum pulmonem, à quo tanquam à potiori parte affecta, peripneumoniæ nomen accipit.

Pag.22, c Secunda ratio, quæ affertur hæc est. quod cum in inflãmatione dimidiati pulmonis adsit, præterea lateris dolor fodicans, fixus, & permanens, debet ille affectus in eo casu pleuritis voca-

cari, & probabile est inductum fuisse dolorem lateralem; non à fluxione primario oborta (aspera enim arteria qua fluit humor non ducit ad latus) sed ab inflammatione pulmonis dimidiati.

Tertia ratio in hoc consistit. Pag. 26. hisce nominibus peripneumoniæ, & pleuritidis vsum fuisse Hippocratem, vt per eiusmodi appellationes istorum affectuũ curationem designaret. enimuero dolente vtroque latere ab inflammatione pulmonis, curationem adhibere oportet, quæ adhiberi solet in vera, & germana peripneumonia: at dolente vnico latere ab inflãmatione dimidiati pulmonis, cura

inſtituenda eſt, ac ſi eſſet vera, & germana pleuritis, tum quoad euacuationem, e directo lateris affecti, tum quoad cæterorum præſidiorum administrationem. hæc ſumma eſt eorum quæ afferuntur.

Propoſita argumenta ſenſus, & enarrationes diſſoluo, Confuto, & Compono.

ANIMADVERSIO QVINTADECIMA.

A Fœſio exordior, & ex illo deductam rationem, non magni faciendam cenſeo, dum enim ex Fœſio dicitur, contrariam eſſe ſententiam libri de locis in homine, alteri in aliis

libris allate, ideoque non verá. argumentum retorqueo.opinio de pleuritide, qua decernitur pulmonis partium altera inflámata, illam originem ducere, auctorem habet Hippocratem lib. de locis in homine, & ideo recipiendam esse, quoniam ille liber ex Hippocratis fonte emanauit, quemadmodum antea, & animaduers. 3. latè demonstraui. & quamuis iactitetur, hanc opinionem non consentire cum ijs, quæ habentur in prognostico, in coacis prænotionibus, & libris de morbis, vbi peripneumoniam facit Hippocrates, quum etiam vna pulmonis pars ab inflammatione obsidetur. nihilo sæcius hoc ne-

quicquam obstat. Siquidem obiectioni, quæ fit ex libro de morbis, dicitur inibi nunquam expresse significasse Hippocratem, peripneumoniam fieri, dum inflammatio alteram deprehendit pulmonis partium. & concesso hoc pronuntiasse Hippocratem, attamen opinio de locis in homine, tanquam verior, anteponenda est. Sententie libri Coacarum mox solutionem exhibeam, & examen. In prognostico scriptum reliquisse Hippocratem, contrahi peripneumoniam, dum vna pulmonis partium inflammationem sustinet, ego nunquam reperi, neque alius inueniet vnquam, qua vis diligentiori adhi-

hibita animaduersione.

Quantum attinet ad solutionem oppositionis, quæ fit à Dureto asserente librum Coacarũ magis sapere Hippocraticam doctrinam, lib. de locis in homine. respondeo hanc illius enarrationem, tanti faciendam non esse, quin veriorem non censeam sententiam de locis in homine, qua decernitur, in vnica pulmonis parte dum inflammatur, suam originem ducere pleuritidem: tum quia de locis in homine liber auctorem habet Hippocratem, tum etiam quia rationes, & experimenta pro sententia de locis in homine, apertè pugnant. quamobrẽ si alicui Galeni arrideat inter-

 pre-

pretatio 3. acut. 58. asserentis, peripneumoniç nomine etiam pleuritidem complecti posse, eadem peripneumoniæ vsurpata significatione, allegata Coacarum prognosi facilè profiteri possumus, cum inibi de peripneumonia verba faciat, de pleuritide etiam sermonem habuisse, adeo vt quæ contingere dixit, cum vna pulmonis partium inflammationem patitur, pleuritidis propria esse, quæ vero toto pulmone inflammato contingunt, peripneumoniæ propria esse: & hinc habetur conciliatio, illius loci 1. acut. tex. 35. vbi ait, pleuritidis scriptor Hippocrates, eam ob causam, ictos, seu de cęlo tactos appella-

tos fuisse pleuriticos apud veteres, quoniam post mortem latus liuidum conspicitur, & in latere plage quid simile apparet, quod peripneumonicis cōtingere Coacarum Scriptor, suis hisce verbis edixit. si igitur aortę appellatę vtrinque appendētes pulmonis partes valdè inflammatæ sunt, vt ad latus assideant, hac corporis parte resoluuntur, & liuores foris circa costam habent. Hos autem veteres ictos, seu sydere tactos vocabant. habetur inquam conciliatio, quoniam sicuti lib. acut. ipsos pleuriticos ictos vocatos fuisse perhibet, ita citato libro Coacarum peripneumonię nomine, etiam pleuriticos compre-

prehensos fuisse fateamur, & pleuriticos sub peripneumoniæ nomine ictos dictos fuisse interpretandum est, & nihil diuersum proditum habeatur ab ijs, quæ narrantur libro acutorū. alioquin si loco Coacarum de sola peripneumonia sermonem haberet, diuersa, nisi forte pugnantia tradidisset (quantum attinet ad hanc sententiā) ijs quæ afferuntur in libro acutorum. quæ sanè contrarietas tollitur, si profiteri libeat libro Coacarum, loco antea citato, vno peripneumoniæ nomine, etiam pleuritidem complexum fuisse Hippocratem.

Quæ nisi satisfaciat responsio, & veritatem ingenue fateri liceat,

liceat, ſubtilius potius, quam verius Coacarum auctor de peripneumonia ſermonem inſtituit. quandoquidem qua vis accurata adhibita obſeruatione, ex ſignis eo loco datis, peripneumoniã & ex pulmonis alis, quæ male ſe habeat, & inflammationem ſuſtineat nunquam dignoſcet, nec vere vnquam diſcernere poterit. nam de pulmonibus ita ediſſerit ac ſi eius lobi ſex eſſent, & iuxta hanc partitionem peripneumonię ſigna diſponit, & enumerat, omnibus reluctantibus anathomicis, qui conſtanter aſſeuerant, pulmonis alas in homine nunquam ſex adnumerari. inter quos colloco Valuerdum lib. 1.

ſuæ

suæ historiæ anathomicę cap. 7. & Columbum de rè anathomica libro vndecimo cap. 2. qui quatuor tantum pulmonis lobos se obseruasse, fatentur. & quamquam Ambros. Paræus operum suorum lib. 3. cap. 9. & ex Syluio, & Puteo Schenkius lib. 2. obses. 42. nec non Riolanus lib. 3. antropographiæ cap. 11. quinque pulmonis alas interdum se obseruasse, monumentis tradiderint, à qua sententia alienissimus fuit Vesalius de humani corporis fabrica, lib. 6. cap. 7. vbi quintum pulmonis lobum, nunquam obseruasse se litteris commendauit. nullus tamen est, qui pulmones sex pinnis distinctum,

vel

vel obſeruauerit, vel ab alijs obſeruatum teſtimonium perhibeat. hac igitur de cauſa Coacarum auctor, cum ſex alis pulmones diſtingui profiteatur, & iuxta hanc diſtinctionem ſigna afferat, quibus mediantibus nos conijcere poſſe tradat, quæ ex illis inflammationem ſuſtineat, idcircò quoniam hæc pulmonum reſectio veritate caret, neque etiã veritati conſona erunt ſigna, quæ demonſtrare, vel indicare poſſunt prædictarũ partium inflammationem.

Non me latet, Duretum loci huius Coacarum interpretẽ, animaduertiſſe, licet hodiè binæ vtraque parte pulmonis alæ appareant, priſcorum tamen ho-

minum thoracis amplitudinem fuisse maiorem; quamobrem (vt opinor) inferre voluit, etiã pulmones habuisse maiores, & sex pinnis distinctos. nec me fugit Prosperum Martianum, in suis notationibus ad Hipp. libros, dum hanc Coacarum partem interpretatur, scriptum reliquisse, non sex alas in pulmonibus homini datas; Coacarum scriptorem voluisse: sed supposita pulmonis diuisione in dexteram, & sinistram partem, has rursus partes diuidi in supernam, mediam, & infernam, & quadam similitudine sola alas dici posse. Cæterum hanc Martiani opinionem confutat ipsius loci Coacarum in-

spe-

ſpectio, & illam explodit Riol. lib. 3. antropographiæ cap. 11. quo loco, in Coacis prænotionibus tres vtrinque lobos in pulmonibus Hipp. adnumeraſſe, manifeſtis verbis teſtatus eſt. & confirmat Duretus, dum profitetur, quo tempore Hip. vixit, in ſex alas hominum pulmones fuiſſe diſtinctos, & iuxta hanc partitionem, locutum fuiſſe in Coacis prænotionibus. & quamuis Duret tradere videatur, priſco æuo, ob thoracis amplitudinem, ſex pulmonis pinnas obſeruatas fuiſſe, hæc tamē aſſertio omni probatione caret, ſique illo æuo contingebat aliquem ex hominibus fuiſſe proceræ magnitudinis, non hac de

causa augebatur numerus partium, sed vnaquæque partium, pro sua conditione, augebatur in magnitudine.

Cæsalpini animaduersio, & conciliatio quam adhibet ad sententiam de locis in homine, nec ipsa Hip. consilio par est. quandoquidem si vnius partis pulmonis inflammatio pleuritidem efficit, quoniam primariò, vel per consensum tunica, quæ costas ambit, inflammatione tumet, eadem ratione ambabus partibus ab inflammatione oppressis, si coafficiatur mẽbrana, quæ costis substernitur, pleuritis quoquè originem ducet. quod diuersum est ab Hip. sententia, qui vno latere pul-

monis

monis inflammato, nulla tunicæ ambientis costas animaduersione habita, pleuritidem effici decreuit: ambabus vero partibus pulmonis inflammatione tumentibus, pulmoniam suam originem ducere: quibus subijcio, ità inflammationem substinere pulmones in pleuritide, vt hi soli dissectis cadaueribus læsionem passos fuisse, visum sit, illæsa membrana costas ambiente. qua ex animaduersione, pulmones pleuritidis sedem affectam constituere inconfesso est. si quæ interdum contingat, vt aliqua læsio animaduertatur in pleura, hæc consequitur pulmonis inflammationem, neque ipsa est, quæ veram pleuritidem

pariat, sed inflammatio quæ in pulmone est, & ipsi pulmoni læsionem attulit.

Danielis Sennerti laudo ingenium, & dexteritatem: hic enim Hippocraticam sententiã, quum deserere noluerit, nec Galeni opinionem apertis tabulis ougppnare, mediam quandam viam sequutus est, quà nec Galeni opinioné omnino reiecit, nec Hippocratis placitum, absque limitatione, & interpretatione amplexus est. qua de causa perhibuit. in omni pleuritide necessario pulmoné non affici, affici tamen cum ipsa membrana, quæ costis substernitur, & hanc solam aliquandò inflammari, & veram pleuritidem

dem parere. quæ omnia an vera ſint, ex ijs, quæ hucuſque attuli, & ſuo loco ſubnectam, manifeſtum fiet.

A Claudini interpretatione, ab ipſo etiam diſceptatore relata, facilè abſtinere ſe potuiſſet diſceptationis Scriptor. nanque diſputatori contrarius eſt Claudinus, & ex ijs, quæ à diſceptatore afferuntur, exploditur Claudini diſſertatio. voluit quippè Claudin. lib. de locis in homine decreuiſſe Hipp. peripneumoniæ locum affectum eſſe pulmones, pleuritidis verò latus, non pulmonis partem alteram, dum illa inflammationem contraxerit. à qua ſententia alienus eſt diſputator, & Claudini in-

terpretationem confringit, quo
Pag. 53. loco scriptum reliquit. magnus
vir Hippocrates eam peripneumoniam, voluit & ipse nominare pleuritidem, quæ non tantum pulmonem, sed medietatem solummodò apprehendit. & dum inflammatio dimidiatum pulmonem tenet esse pleuritidem, tam clarè, & tam apertè ex Hippocrate tradidit
Pag. 22. Exegeticus, vt nihil amplius videatur superaddi posse, ipsum scribentem pono. secunda ratio est, quod cum in inflammatione dimidiati pulmonis, adesset prætereà lateris dolor, fodicans, fixus & permanens, debuit ille affectus in eo casu pleuritis vocari. hactenus ille. quibus Clau-

dini

dini enarratio euertitur, ac vna reijcitur, simulque deprehenditur ad suam comprobandam sententiam, interprete vsum fuisse disceptatorē, qui illi contrarius est, & eius ab allegato interprete infringitur opinio.

Prosperi Martiani solutionē, cùm disceptatoris enarratione annecto, quoniam in eandem maleam nauigarunt, eandemque ferè adhibuere solutionem. quamobrem vnā fidelia duos parietes dealbare conabor; & eorum argumentis satisfacere. & priore loco constanter assero libro de locis in homine, toties repetita sententia, de vera & legitima pleuritide sermonem institutum fuisse ab Hip. non

autem de spuria, & illegitima, vti in contrarium decernitur: & nequicquam probat Martiani assertio, eam scilicet ob causã de illegitima pleuritide sermonem habuisse Hippocratẽ, quoniam inibi de pleuritide edisserit, quæ à distillatione à capite ortum ducit, quum in vera pleuritide non à capite, sed à toto corpore, & proximioribus partibus ad effectum locũ, causa fertur morbifica. quoniam vera pleuritis, à spuria, & illegitima à modo & loco à quo influit causa ad locum affectum, non distinguitur, sed à particula, quæ patitur. quod apposité expressit. Hipp. lib. de flatibus cum Sanciuit. morborum omnium

nium vnus, & idem modus est, locus verò ipse eorum differentiam facit. vndè, cum toties repetitum sit, dum alteram pulmonis partium inflãmatio obsidet, omnia signa concurrere, quæ veram pleuritidem demõstrant; tametsi à capite, vel à toto corpore inflãmationis causa confluat, hoc non efficere vt vera, à spuria pleuritide pleuritis distinguatur, sed id ipsum contingere ob particulæ distinctionem, quæ patitur, & hanc esse alteram pulmonis partem, dum inflammationem contrahit, quamque necessariò pathognomonica pleuritidis signa comitantur, & Hip. esse partem affectam edixit.

Præ-

Prætereà si pleuritis vera, à spuria distinguitur, eo quod ad efficiendam verã pleuritidem à toto corpore, & vicinis partibus, causa morbifica confluit in pulmonem, & à capite defluit in spuria, spuria quoque, & non exquisita erit peripneumonia, de qua sermo habetur lib. de locis in homine; eo quod à capite ferri bilem in pulmones, dicat Hip. suumque ortum ducere peripneumoniam. quod falsum esse, quiuis sincerus Iudex iudicare potest. denique, ipso libro de locis in homine, in sicca pleuritide, quæ citrà omnem humorum confluentiam gignitur, pulmonem pati perhibet Hip., ipsumque con-

ſtituit morbi ſedem affectam,
vt indicaret,& Proſperum Martianum
huius interpretationis
auctorem monitum faciet, ex
modo, & à parte à qua humores
defluunt ad efficiendam
pleuritidem, veram à ſpuria
pleuritide non diſtingui, ſed à
parte, quæ patitur,eandemque
eſſe pulmonem, dum in pleuritide
læditur primariò, eaque
de cauſa illius conſtitui ſedem
affectam. quibus ex omnibus
deducitur tanquam corollariũ,
dum pulmonis pars altera inflammatur,
ſiue ſicca inflammatio
ſit, & abſquè omnium
humorum confluxu; ſiuè humida
ſit,& à fluxione originem
ducat, à qua vis parte humor
de-

demandetur veram pleuritidē fieri, neque ex diſtinctione partium, à quibus humor confluit, vera à ſpuria pleuritide diſtingui poteſt.

Rationi quā confutauimus, aliam ſubnectit Martianus, qua mediante ſuadere nititur, de vera, & exquiſita pleuritide minime ſermonem haberi apud Hippocratem libro de locis in homine; eaque eſt, quod ſola bilis pleuritidis cauſa non eſt, ſed bilis cum pituita, quemadmodum lib. 1. de morbis docet Hip. quæ viri aſſertio, verè paradoxum eſt apud medicinę peritos, qui vnanimi cōſenſu Gal. & Auic. auctoribus, frequentius veram pleuritidem à bile effici pro-

profitentur, & quamuis lib. 1. de morbis pleuritidis causam bilem, & pituitam statuat illius libri auctor: nihilominus, vt melius Hip. consilium innotescat, ignorandum non est, non tantum 1. libro de morbis, verum etiam libro de affect. hoc theorema promulgasse Hip. vt morbi omnes fiant à bile, & pituita; & iuxtà hoc decretum pleuritidem à bile, & pituita fieri monumentis mandasse: cui assertioni nullo modo acquiescunt posteriores Medici, qui vnanimi cōsensu asserunt, pleuritidem frequentiùs originem ducere à bile: à bile verò & pituita simul mixtis admodum raro, nec non morborum om-

nium bilem, & pituitam solam non esse causam, vt perhibet auctor libri de morbis, & de affec. qua de re facilè est rationem deducere ex ipso Hip. qui lib. 4. de morbis, & simillimis verbis lib. de genitura, quatuor humoris species in homine reperiri dixit, quæ sunt bilis, pituita, sanguis, & aqua, & ex his humoribus morbos fieri. in qua sententia stetit lib. de natura humana, quo loco corpus hominis in se habere docuit, sanguinem, pituitam, & bilem duplicem, flauam videlicet, & nigram, & ex his humoribus sanum esse hominem, & ægrotare. quibus enucleatè satis indicauit Hip. non à bile sola & pi-

tuita,

tuita, simul admixtis morbos omnes originem ducere, sed à cæteris humoribus. nimiùm excresceret oratio si ex ipso Hip. comprobare onus susciperem, etiam ab aliis succis, præterquã à bile, & pituita morbos procreari, vno tamen illius testimonio contentus ero, quo libro de diebus iudicat. acutos morbos à bile fieri sanciuit. cumque ipsa pleuritis in acutorum numero reponatur, rationabile etiam est, saltem plerumque à bile fieri, quemadmodum Medici communiori sententia docent. qua de causa lib. 1. de morb. vbi pleuritidem libri illius auctor, à bile & pituita originem ducere posteritati scriptum reliquit,

interdum hoc contingere interpretandum est, non autem sæpè, vel frequentiùs: cumque à bile suum ortum ducit verã, exquisitam, & legitimam esse pleuritidem, consentiendum est.

Pag. 52. Causam pergit dicere discerptationis scriptor, quamobrem solicitos nos esse nō deceat circa sententiam libri de locis in homine, illaque est, quòd eo in loco vniuersalem sermonem non habet Hip. de pleuritide, sed particularem tantummodo, quum videlicet biliosa fluxio ex capite ad thoracem fertur, & ad pulmones: vndè si pleuritis originem duceret à congestione materiæ, quæ in mem-

bra-

branã costas ambientem con-
fluat ab alijs corporis partibus,
vti casus omnino diuersus est,
ita pleuritis fiet absque pulmo-
nis labe, in ipsa membrana, quæ
costis substernitur; has causas
cum dat disceptator, fatetur etiã
ex defluxu biliosę materiæ in
pulmonem effici pleuritidem,
quod illi felix faustumque sit.
& licet casum diuersum ponat,
dum materia aliundè confluit
in membranam costas subcin-
gentem, vel per congestionem
inibi cumuletur. nihilosecius
casus propositus, quemadmo-
dum diuersus est ab Hippocratis
consilio libri de locis in homi-
ne, ità diuersum morbum con-
stituit, & pleuritidem illegitimã

parit. quoniam ſicuti diuerſitas partium in cauſa eſt, quamobrẽ hæc illegitima pleuritis ſit, illa vera, & exquiſita ſit, pari ratione tametſi cauſa, quæ illam parit, ſiue à capite defluat, ſiue à reliquis partibus confluat, dum hæc fertur in alteram pulmonis partem, pleuritidem pariet, veram & legitimam, & ſpuriam illegitimamque dum inflãmationem pariet in reliquis thoracis partibus.

[11] Sed eſt hac in parte animaduerſione dignum, veram pleuritidem effici quidem à fluxione ipſius materiæ morbificæ, per congeſtionem verò nunquam originem habere, nanque Galen. qui compluribus in

locis,

locis, & præsertim 13. meth. cap. 2. & 3. de inflammatione, sermonem orditur dum causas illius reddit, à fluxione effici quidem fatetur, à congestione verò nunquam, & 2. de locis affect. cap. 9. qua parte de ipsa pleuritide sermonẽ habet, omnem inflammationẽ ex affluente sanguine fieri, perhibet. possem ego hic quamplurimos afferre medicinæ Scriptores, qui dum inflammationis originem exarant, illiusque causas in medium afferunt, solam fluxionem commemorent, nulla congestionis facta mentione: verum illos commemorare nimis in longũ porrigeretur oratio. sufficiat Fallopij testimonium ad-

hibere, qui libro de tumoribus cap. 8. de inflammatione aggressus dicere, hæc satis apposite scripta reliquit. causa horum affectuũ vna dumtaxat coniuncta est, nimirum sanguis ipse fluens, & necessario fluens. dico necessariò, quoniam per aggregationem successiuam, & paulatinam materiæ in aliquo loco, non fit inflammatio: sed requiritur necessariò vt fluat aliundè; quo fit vt cum ipsa pleuritis inflammatio sit, necessariò etiam per defluxionem contrahatur; non autem per congestionem. quod etiam patens fit quoniam Medici anteponentes indicationes, quæ desumendæ sunt in pleuritidis curatio-

ratione, eas ſemper anteponũt, quæ internis inflammationibus debentur, & humores fluentes, vel fluxuros reuellendos eſſe; eamque ob cauſam quæſtionẽ, ad ſatietatem diſputatam, exagitant, an videlicet in pleuritide ex eodem latere cum affecto, vel potius ex oppoſito mittendus ſit ſanguis: quod eo conſilio fit, quoniam pleuritis inflammatio eſt, & hæc rurſus ab affluxu humoris originem habet, qua de cauſa reuellendum eſt. neque vnquam, quantum ipſe obſeruare potui, indicationes afferunt, vel deſumunt materiam, ipſamque cauſam inflammationis, congeſtione cumulatam primo, vel in morbi

principio euacuandam esse. accedit demum ratio, qua stabilitur inflammationem, & ipsam pleuritidem ex humorum defluxu gigni, quoniam scilicet quum inflammatio incipit, aliquo etiam temporis spatio incrementum suscipit, quod argumento est à fluxione fieri, non autem à causæ morbificæ congestione. quibus ex omnibus colligo, fictitium esse casum disceptatoris, dum ex congestione pleuriticam inflammationem originem habere posse, depredicat.

Vulgarem medicum fuisse Hip. dicere quis audeat? neque inter vulgares medicos locum habet Hip. neque vulgares opi-

niones amplexatus est, qua de causa neque etiam ad modum vulgi locutum fuisse decernendum est, & lib. de locis in homine vulgari opinioni inherẽdo monumentis mandasse, paruum in latere dolorem, sicuti in peripneumonia contingit, latentem pleuritidem esse, quam sua voce coopertam appellat disceptator. & de huiusmodi peripneumonia, sub pleuritidis nomine sermonem habuisse Hippocratem. Hippocrates loco de quo agitur, ex lib. de locis in homine, sicuti pleuritidem distinxit à peripneumonia, ità ambabus affectionibus dolorẽ, illumque non exiguum, consocium esse perhibet, sic scribens. Pag. 58.

bens. peripneumonià multo periculosior est, & dolores multo fortiores sunt. & adesse dolorem in pleuritide, de qua sermo est, iuxta Hip. decreta, promulgauit
Pag. 22. Exegeticus cum dixit. quum in inflãmatione dimidiati pulmonis adesset præterea lateris dolor fodicans, fixus, & permanens, debuit ille affectus in eo casu pleuritis vocari: debuit inquam pleuritis vocari, quoniã dimidiatus pulmo cum inflammatione tumet, pleuritidem facit, & dolorem parit non exiguum, quin potiùs adeò manifestum, vt latens & coopertà pleuritis (disceptatoris voce vtor) dici nequeat, & istiusmodi opinionem Hippocrati

nullo pacto affigi posse.

Quicquid sit de adnotationibus, & coniecturis, quæ fiunt ab Exegetico. hoc vnum sine animaduersione prętermittendum non est; scilicet dum pulmones inflammatione tument, & pleuritis, vel peripneumonia efficitur, ita illos inflammationem pati, vt minime necesse sit etiam partes thoracis inflãmationem contrahere, neque id ipsum colligi posse ex loco toties repetito libri de locis in homine. quo circa neque etiam dolor pleuriticorum referendus est in affectionem partium thoracis, sed in ipsum pulmonem, qui dum inflammationem sustinet, dolorem quoque infert,

quem-

quemadmodum antea satis dilucidè demonstraui.

Herophilum ab oppositionibus tueor.

ANIMADVERSIO DECIMASEXTA.

QVamuis Herophilus veritati consentanea dixerit, & eandem cum Hippocrate habuerit opinionem, de sede pleuritidis affecta, & peripneumoniæ. quemadmodum animaduersione secunda, ex illo anteà retuli. attamen ex iunioribus Medicis nonnulli sunt, qui Herophili sententiam, vel contemnunt, vel nullis adhibitis rationibus, tanquam rem nullius pretij, aspernendã credunt.

dunt: hinc Mercurial. quo capite de pleuritide disputat, Herophilum affert auctorem, qui, vt ipse ait, nescio qua ratione ductus, existimauit locum affectum in pleuritide, esse pulmonem: sed veritatem esse affectū ipsius locum esse membranam, qua costę subcinguntur. & Balduinus Ronseius, in suis commentarijs in Cornelium Celsū lib. 4. cap. 7. vbi illam partem interpretatur, in qua Celsus decernit, hanc esse peripneumoniæ conditionem, vt totus pulmo afficiatur, Herophili testimonium affert, quo peripneumoniam definiebat, esse tumorem in toto pulmonis corpore: & hisce rationibus minime ac-

quie-

quiescendum, subijcit, sed hoc in confesso esse, scribit, vt statim à peripneumoniæ principio totus pulmo non afficiatur, quinimmo neque etiam totum laborare, dum peripneumonia confirmata est; vndè ex his liquet, Mercurialem contrà Herophilum opinatum fuisse, pulmonem minimè pati in pleuritide: & Ronseium conscripsisse, totum pulmonem haud inflammari, in peripneumonia. & quantum attinet ad pleuritidem, Heurnius lib. de morbis pectoris cap. 2. quum decreuit, membranam quæ costis substernitur semper affligi in pleuritide, subdit deinceps, hanc intexte membrane costas a metriã, & dy-

& dyſcraſiam, oculis non ſem-
per compertam, ſectis in cada-
ueribus pleuriticis, & proptereà
dixiſſe Herophilum, in affectu
pleuritico pulmonem pati. ex
iſtiuſmodi Eurnij diſſertatio-
ne, inquirendi occaſionem ar-
ripuit vir doctus, & in Medicis
quæſtionibus valdè exercitatus,
an in omni pleuritide detur in-
flammatio pleuræ, vtque quæ-
ſtionem dirimat, diſtinguen-
dum eſſe perhibet, inter pleu-
ritidem, & lateris dolorem, &
hunc neceſſario non habere
adiunctam pleuræ inflamma-
tionem, quemadmodum pleu-
ritis, quæ nunquam efficitur
quin inflammationem patiatur
membrana coſtas ambiens. cæ-

terum oppositiones quæ contra Herophilum fiunt, argumenta, & quæstionum decisio; ex ijs quæ hucusque attuli, & disputationibus anteà habitis, facilè dissoluuntur, & veritas decernitur, simulque stabilitur in vera, & legitima pleuritide, pulmonem semper affici, siquè contingat vt membrana, quæ costis substernitur inflãmatione tumeat, lateris dolorem equidẽ consequi, non autem pleuriticum. & hunc longè diuersam esse affectionem, à vera pleuritide, quæ suaptè natura consociam non habet inflammationem, quæ latus, vel ipsam tunicam, lateri substratam occupat; & hinc pendere rationem,

quamobrem membrana coſtas ambiens, neque inflammationem ſuſtineat in vera pleuritide, nec in ea deprehendatur lęſio, pleuriticorum diſſectis cadaueribus. optimoque iure dixiſſe Herophilum pati pulmonem in pleuritide. cui conſentiunt cum Hippocrate, rationes, & experimenta. quibus exploratum etiam habetur totũ pulmonem inflammari in peripneumonia, & dimidiatam eius partem in pleuritide.

Pleuritis à peripneumonia minimè differt secundum magis, & minus.

ANIMADVERSIO DECIMASEPTIMA.

DIsputatoris rationem primam pondero, cui tantopere nititur, quæque huiusmodi verborum serie exprimitur. si pleuritis esset inflammatio pulmonis, vndè differret à peripneumonia, nisi secundum magis, & minus, & ità nullo modo essentialiter, ac specificè differrent. verum istud argumentum vndequaque falsum est. illud nanquè assumptum, vt magis, & minus in arte medica

Pag. 39.

dica non variet ſpeciem falſum, omninò eſt. audiat Petrum Salium 3. de morbis Commentario textus 2. hæc ſcribentem: quam vis illud axioma ex principijs philoſophicis deſumptũ, quod magis, & minus non variat ſpeciem, in naturali ſcientia verificetur, innaturalibuſque rebus verò conſonum reperiatur, attamen ab arte medica, dum ea morbos, & affectus præter naturam conſiderat, in eodem ſenſu non recipitur. nam quum Medicus ſit artifex ſenſatus, & morborum differentias, ex diuerſitate ſympthomatum deprehendat, ſæpius ex maiori, & minori viriũ læſione, & ex maiori & minori
 acci-

accidentium concursu, eosdem morbos, ab eadem causa prouenientes, in plures distinguit: hinc in deliquio animi, si mitius sit læsio lypothimiam, si maior syncopem appellat, quãuis ab eadem causa proueniant, hinc etiã in dolore ventris inferioris, licet eos eadem causa pariat, distinctionem morborũ faciens, vbi leuis sit affectus, dolorem ventris simplici, & communi nomine appellat, qui si vehementior sit colicus vocatur, si autem existat atrocior, alijsque proprijs annexus symptomatibus, dicitur iliacus. in pluribus alijs, quos longum esset recensere, hoc idem contingit, morbis quos Medicus ab

inuicem distinguit,& tanquam diuersos esse supponit, licet solummodò per magis, & minus distinguantur. quod ea ratione factum est, quoniam cum ex hac diuersitate indicationum, curatiuarum, diuersitas eliciatur. hinc morborum diuersitas erat assignanda, nec in eodem morbo diuersæ, ac variæ essent desumendæ indicationes curatiuæ. hæc Salius qui multò plura etiam adiecit, vt disceptatoris assertionem conuellat, qua mediante persuadere nititur, magis & minus varias species non constituere, etiam in arte medica. & quanquam morbi inter se differant secundum magis, & minus, speciem tamen

non differre. quod allatis rationibus falsúm esse adstruit Salius. & magis, & minus in arte medica varias species efficere, certis argumentis comprobat febris ardens, cui consocia cum sit vrens caliditas, sitisque inextinguibilis, quemadmodũ Gal. docet 4. acut. tex. 13. à febre tertiana continua non differt, nisi secundum magis & minus. hæc enim febris minora, & leuiora habet accidentia, quam habeat ipsa febris ardens. quo fit vt ab illa non differat nisi secundum magis, & minus. in medicamentorum ordine, quæ mediátibus primis qualitatibus operantur, inter se distingui secundum magis, & minus, in in-

inconfesso est apud Medicos. siquidem exurentia medicamenta, pyrotica dicta, in quarto gradu calida fatentur Medici, & è contrario narcotica in quarto gradu frigida ijdem credũt auctores. quæ sicuti suas species constituunt, ità à cæteris medicamentis in primo, secundo, & tertio gradu calidis, vel frigidis, non differunt nisi secundum magis, & minus, quibus apertè constat, quæ differunt secundum magis, & minus, in tractatione medica, nonnunquam specificas differentias cõstituere.

Sed age concedamus reprehensionum conditori, magis, & minus non re variare speciẽ,

nihilominus dum in pleuritide pars altera pulmonis inflãmationem sustinet, totus pulmo in peripneumonia, differentiam non pariunt secundum magis, & minus: sed secundum maiorem, vel minorem extentionẽ in subiecto, quæ inæqualitatis differentia est, & quãtitatis propria. vel ipso Aristotile teste, capite de quanto. & ipsa quantitas nullo modo suscipit, vel suscipere potest magis, & minus. & proindè peripneumonia, à pleuritide dici nequeunt differre secundum magis, & minus: cum potiùs inæqualitatis differentiam sortiantur. quæ satis est in arte medica, ad morborum differentias distinguendum.

dum. argumento eſt Hæmicrania, & Cephalea, quarum affectionum prior dimidiatam partem capitis occupat, poſterior verò fit, cum totum caput dolor deprehendit. & apoplexia, & paralyſis, quarum poſterior dimidiatum corpus tenet, prior verò totum hominem affligit. & ipſa pleuritis, & peripneumonia, quæ poſterior totius pulmonis inflammatio eſt, pleuritis verò fit, cum altera pulmonis pars inflammatione tumet.



Nu-

Numerica morborum distinctio ex varietate subiecti non semper elicitur.

ANIMADVERSIO DECIMAOCTAVA.

ARgumentum, quod nunc subijcio, nec mouet, nec difficultatem parit. illius tamen verba pono. vlterius nonnè habemus ex Hipp. 1. de morb. lib. de affect. in Coacis prænot. & 7. Aph. 11. necnon ex Aretheo, Galeno, Celso, Aetio Cæl. Aurel. & alijs dari transitum ex pleuritide in peripneumoniá. immò vt Gal. docet 7. Aph. cit. ex peripneumonia in pleuritidem? quo constituto, quis non

Pag. 40.

videt

videt pleuritidem, & peripneumoniam esse affectus secundum naturam, & particulam laborantem distinctos? aliàs enim inter ipsos non posset dari transitus, & metaptosis: at si sunt distincti, quomodò habent eãdem sedem, idemque obsident viscus? quum numerica morborum distinctio ex diuersitate subiecti, non ex varietate situs in eodem subiecto eliciatur. hucusque disceptator. cuius dissertationem plurimi facio, quoniã ex illa addisco, non semper acquiescendum esse magistri verbis, & quam institutor habet opinionem, non semper esse verã. exemplum suppetat præceptoris conclusio, in hoc argu-

gumento collocata, in qua decernit numericam morborum distinctionem, ex varietate subiecti elici. quod si vniuersale est præceptum, falsum est, & noua in tractatione medica opinio. quandoquidem morbi inter se specie differunt, & numero. eiusdem speciei morbi inter se numero distinguuntur, & species inter se specie, non numero distant. igitur quoniam agitur de differẽtia, quæ est inter pleuritidem, & peripneumoniam, qui equidem morbi specie inter se distinguuntur, numerica inter illos distinctio non intercedit, sed specifica: & species morborum, quemadmodum varios interdum habent locos

affectos, ità nonnunquam morbi complures eandem sortiuntur sedem affectam. in morbis cutaneis, scabies, pruritus, lepra, elephansyasis, leuce, alphus cutem occupant, & nulla illius pars est, quæ commemoratis affectionibus obnoxia non sit. & ex internis affectionibus phrenitis, melancholia, fatuitas, licet specie differant, eundem tamen sortiuntur locum affectum: pari ratione, omnes somniferi affectus, qualis est lethargus, coma, carus, alijque his similes inter se specie distant, & eorum sedes affecta cerebrum est: febres ex communiori Medicorum sententia genere inter se distinguuntur, & hæc in suas species disse-

dissecantur, neque vllam sortiuntur subiecti varietatem, sed omnium principale subiectum cor esse creditur ab omnibus. quibus liquet, erroneum esse pronunciatum, ex varietate sedis affectæ semper elici morborum differentias. quinimmò ex varietate partis in eodem subiecto, nonnunquã dissecari morbos omni posthabita contentione, concessum est à Medicis, & omnes hanc veritatem profitentur (vt paulò anteà admonui) corpus vniuersum deprehendi ab apoplexia, eius partẽ dimidiam à paralysi. caput integrum affeci in cæphalea, & cæphalalgia, dimidiatam partem, in hæmicrania, sique

paſſio in parua capitis parte contineatur, & in ea præſertim, quæ eſt in ſupercilio clauum dicunt Medici. & in cruentis alui deiectionibus, dum vlcus, & ipſe morbus rectum inteſtinum occupat, teneſmum parit, vbi vero vlcus cum recto alia afficit inteſtina, dyſſenteriam efficit. & pari ratione, quum pars altera pulmonis inflammatione tumet, pleuritis morbus eſt, quum totus pulmo inflammationem contrahit, peripneumonia originem habet.

His in hunc modum ſtabilitis, quantum attinet ad tranſitum, qui fit ex pleuritide in peripneumoniam, & è conuerſo, in quo vis argumenti poſita

eſt,

est, ità definiendo quæstio est. quemadmodum pleuritis facili negotio in peripneumoniam transitum habere potest, dum humor morbificus, qui vni pul. monis partium materiam prębet, qua pleuritica inflammatio efficitur, in totum pulmonem diffunditur, vndè peripneumonia suam originem habet: sic non facilè peripneumoniá consequi potest pleuritis: eo quod pulmo totus quum ab inflammatione obsidetur, non facilè vna partium ab illa liberari potest, adeo vt consequi valeat pleuritis. Vndè & si frequens apud Hip. habeatur mentio trásitus, qui fit ex pleuritide in peripneumoniam, attamen perip-

ripneumoniam permutari in pleuritidem nunquam ab illo traditum est. quinimo Valles. & Duretus ità Gal. ipsum interpretati sunt, vt voluerint hanc illius fuisse opinionem, vt ex peripneumonia pleuritis minimè consequatur. à Vallesio hæc verba traduntur. Galenus respondet, non posse ex pulmonia pleuritidem fieri. quia cum pulmonia teneat spiritus viam, si tanta fluxio erit, vt à pulmone non capiatur, prius suffocabit, quam latera apprehendat. apud Duretum verò lib. 2. Coacarum cap. 16. com. 28. hæc leguntur. de alterutrius morbi in alterum mutatione rara est, immo nulla peripneumoniæ in pleuritidem,

dem, huius autem frequens in illam, ſicut Gal. annotauit ad Aphor. 11. lib. 7. ſed age fuerit Galeni opinio, quam ex illo affert diſputator, & ex peripneumonia fiat permutatio in pleuritidem, ſicuti ex pleuritide fit in peripneumoniam. inane tamen argumentum eſt. enimuerò conceſſo peripneumoniam permutari poſſe in pleuritidẽ, fateri etiam neceſſe eſt, dum totus pulmo inflammationẽ contrahit, vndè peripneumonia originem habet, alteram illius partem ab inflammatione liberari, & pleuritidem conſequi.

Argu-

Argumento inutili satisfacio.

ANIMADVERSIO DECIMANONA.

PIget equidem me, atque etiam tædet, hoc quod sequitur argumentum proponere, & in eius examine verba, & tempus terere, illud tamen subnecto. amplius si vera esset contraria sententia, quum peripneumonia sit maior morbus, quam pleuritis, & talis ex eorum positione debet esse, non benè loqueretur Hipp. lib. de affect: quando ait, pleuritidẽ si breuissima terminari septima die: peripneumoniã verò si est breuissima, terminari in diebus qua- Pag.42.

tuordecim. verisimile enim est, acutiorem esse inflammationẽ totius pulmonis, quam partis, proindeq; breuioris terminationis, si in hoc acuti morbi natura consistit, ex Hippocrate, vt extremos cito habeat labores, & vt Aurelianus ait, quod in vtramque partem, hoc est vel interitum, vel in sanitatem, ocius feratur. istiusmodi argumẽto vsus est disceptationis scriptor. ego verò ingenue fateor huius argumenti efficaciã, nec consequi me nec penetrare. nanque sicuti aliquam difficultatem parit circa pleuritidis, & peripneumonię prognosticum: ita nulla deduci potest consequentia, pleuritidem fieri in

mem-

membrana, quæ costas ambit, non autem in pulmone: necnō peripneumoniam totum pulmonem non lædere, quas conclusiones stabilire disputatori, toto in opere in animo est. libeat ipsum Hippocratem ab aduersario citatum ex lib. de affect. audire, qui de pleuritide hæc habet. iudicatur morbus breuissimus septima die, longissimus decima quarta, & de peripneumonia hæc subnectit. iudicatur breuissimus quidem in diebus quatuordecim: longissimus vero in duobus de viginti. quo constat ex Hippocrate, de hisce duobus morbis prognosim formasse, nec quippiam ex illius verbis deduci posse,

quod disputatori faueat. & quãquam ille subijciat, peripneumoniam maiorem morbum esse pleuritide, & hac de causa non bene locutum fuisse Hippocratem lib. de affect. quum dixit, pleuritidem breuiorem terminari septima die, breuiorem verò peripneumoniam in diebus quatuordecim. attamen si hæc disceptatori concessero, quæ certè non absque interpretatione concedenda sunt, nulla tamen deduci potest consequẽtia, quæ ad rem faciat, vel ea mediante comprobari possit, pleuritidem suam sedem affectã in pulmone, non sortiri, sed in membrana quæ costis substernitur, quemadmodum ille toe

in

in locis exclamat, & deprędicat. vndè conijcio aliud in animo habuisse disputatorem, ab eo quod literis signauit, & non quod præmeditauerat monumentis mandasse; & ob id factum esse vt diuersam à proposito traxerit conclusionem, vel formauerit argumentum.

De sanguinis missione ad coloris vsque mutationem.

ANIMADVERSIO VIGESIMA.

VT ad culmen hanc disputationem eueham; non est cur postremum argumentum prætermittam, his ipsis verbis expositũ. accedit his; Pag.43.

veritatem hanc non obſcure, per phlebotomiam demonſtrari, quando Medici omnes magno edocente magiſtro, non verentur in pleuritide ſanguinem mittere, vſque ad coloris mutationem, vt antecedentem non modo cauſam, ſed coniũctam quoque, & actualiter inflammationem conſtituentem, nonnihil educát, imminuantq; quod ſanè præſtandum minimè eſſet, ſi pleuritidis ſedes pulmones fuiſſent, non pleura. quomodo enim deberet Hipp. & cum eo Medici omnes, expectare ſenſibilem materiæ, inflammationem facientis, extractionem per venam ſectam, ſi ex pulmonibus nihil ſanguinolente

lente materiæ, poteſt in venam cauam remeare? tranſitũ hunc impedientibus cuſpidibus cordis, qui ſinum dextrum ità claudunt, vt nihil eorum quæ intus ſunt, foras erumpere ſinat. quapropter vel dicendum eſt, in hoc præſcribendo præſidio aberrare Hip., vel in eo declarando cecutire Galenum, & vniuerſam Medicorum ſcholam. hactenus ille. quo in argumento laxe nimis à diſceptatore pronunciatur, Medicos omnes non vereri in pleuritide ſanguinem mittere, ad coloris vſque mutationem. cum ex antiquioribus Medicis Soranus, apud Cæl. Aur. lib. 2. acut. paſ. cap. 19. ex profeſſo hanc opinionem inſectetur,

tur, & compellat: & apud iuniores Medicos, Mercur. adsit testimonium, quo fatetur hodie medicinam facientes parum curare hoc mensuræ sanguinis documentum. & quid simile, perhibet Massaria inquiens, Medicos nostri temporis fere nunquam in pleuritide hoc Hipp. præceptum seruare, neque eam sanguinis quantitatem educere, quam ille præcipit, ad coloris mutationem. adeò vt hinc liqueat, Medicos omnes in pleuritidis curatione, mutationem coloris in sanguine non expectare, quemadmodum profitetur disputator.

Et ex Medicis complures esse reperio, qui incisa vena, ex ipso

pulmone ſanguinẽ educi poſſe fatentur, quamuis in diſcepta- Pag. 44. tione legatur, ex pulmonibus nihil ſanguinolẽte materiæ poſſe in venam cauam remeare: etenim, citrà omnem controuerſiam, pulmonia pulmonis inflammatio eſt, & in hoc morbo, eo conſilio ſanguinem detrahi volunt Medici, vt, qui in parte affecta detinetur ſanguis, ea mediante educatur: quod manifeſtis verbis indicauit Duretus lib. 2. Coacarum cap. 16. commentario textus 31. & qui illum imitatur Heurnius lib. de morbis pectoris cap. 5. vbi decreuit, ex vtroque brachio phlebotomiam adminiſtrandã eſſe in peripneumonia, ad retractionem

nem rheumatis concitati, & si fieri possit (nam natura ignotas etiam tentat vias) ad consistentis detractionem. & dilucide satisfecit dubio Sennertus ipso capite de peripneumonia, quo loco scriptum reliquit sanguinis missione facta in peripneumonia, venis exinanitis ad vacuum implendum, sanguinẽ introcedere, & eum, qui in parte est succedere. à qua sententia minimè alienum fuisse Aretheum censeo, dum ex venę sectione, quæ in peripneumonia fit, humiditatum, quæ in pulmone sunt, reuulsionem fieri testatus est lib. 2. acut. pass. curan. cap. 1. quo circa ex allatis compertum fit si deductis

teſtimonijs credimus poſſe etiã ex ipſis pulmonibus ſanguinẽ educi, atque euacuari ſi vena ſecetur. & licet in diſceptatione habeatur oppoſitio, ſanguinem ex pulmonibus in venam cauã remeare non poſſe, tranſitum hunc impedientibus cuſpidibus cordis, qui ſinum dextrum ità claudunt, vt nihil eorum, quæ intus ſunt foras ſinant erumpere: nihilominus, qui in ſententia ſunt, poſſe in pleuritide ſanguinem detrahi, vſque quo mutetur color, hanc oppoſitionem omninò contemnunt: nã quicquid ſit de veritate huius narrationis. attamen ille Hipp. qui poſteritati ſcriptũ reliquit, confluxio vna, conſpiratio vna,
con-

consentientia omnia: quique edixit, pleuritidem originem ducere, dum partium pulmonis vna inflammatur: illemet Hipp. suo testimonio confirmauit, incisa vena in pleuritide, eo vsque sanguinem educendum, quousque mutetur color. vndè si quam veritatem habet oppositio, quæ in reprehensionibus fit, ea mediante solummodo probatur, affatim sanguinem in venam cauam non remeare, non tamen transitum illius omninò impediri, vt sua opinione captus profitetur disceptator.

His omnibus videri posset satisfactum argumento, nisi quoniam in desuetudinē abijt, san-

gui-

guinem vena incisa educere, ad coloris mutationem, communiori opinione comprobatũ videatur, minimè rationi consentaneum esse præsidium. quò circa, sicuti inter iuniores Medicos non pauci testati sunt, reformidasse posteriores Medicos copiosiorem sanguinis missionem in qua illius, coloris mutatio expectanda sit, eamque ob causam ab vsu recessisse ad coloris vsque mutationem, sanguinem detrahere: ità inter antiquiores artis nostræ professores, Archigenes apud Aetium lib. 8. cap. 68. & Actuarius lib. & cap. 4. methodi repetitam, & iteratam sanguinis euacuationem commendarunt in pleu-

ritide, omni omisso consilio de sanguinis missione ad coloris mutationem.

Quinimmo Gal. lib. de S. M. cap. 14. vbi cumulata oratione de hoc præsidio verba facit, quibus, inquit, iuxta sectam venã phlegmone ingens est, mutationem sanguinis expectandam esse. sicuti in pleuritide faciendum esse indicauit Hip. in libris acutorum. veruntamen ipso Galeno interprete, citato lib. cap. 16. & Hippocrate auctore lib. 4. acut. text. 73. ex eodem latere cũ affecto pleuriticis sanguis detrahendus est: & huiusmodi missione sanguinis reuulsionem fieri; apertis verbis profitentur, qui conten-

dunt

dunt ex eodem latere, non autem ex opposito, sanguinis euacuationem vena secta administrandam in pleuritide. at reuulsio ex distantissimis partibus fit. igitur quia reuellit venę sectio, quæ pleuritico administratur, hac de causa ex propinquo loco sanguis non educitur, & ex consequenti neque coloris mutatio expectanda est; sique expectatur vti rationabile non est remedium, ità non absque detrimento administratur.

Amplius dum inflammatio fit, sanguis ex ipsis venis, & arterijs progreditur, & in partem affectam effunditur. quemadmodum docuit Gal. lib. de inequal. intemper. cap. 3. quam-

obrẽ ſi hic ſanguinis miſſione retrahendus, & educendus eſt; non minus venæ, quam arteriȩ ex copioſa ſanguinis euacuatione, ad coloris vſque mutationem facta, exinaniendȩ ſunt. quod vti perniciosum, ità non admodum facilè eſt executioni demãdare. enimuerò ob phlegmones malignitatem, nihil ex parte obſeſſa educi, eo quod humor inflammationem faciens, parti conſtrictus eſt, loco antea allegato lib. de ſang. miſ. tradidit Gal. & nullo pacto humorẽ educi poſſe, qui in parte inflammata effuſus eſt, ipſa ratio demonſtrat. etenim quemadmodum ſanguis, dum intra venas continetur, nunquam

coalescit, etiam in ipsis cadaueribus; ità dum extrauenatur, & in aliqua parte continetur, semper cogitur, & in venas remeare non potest, & venæ sectione extrahi: præterquamquod venas exinanire simul, & arterias, & eo vsque sanguinem educere, quousque mutetur color, expectantes sanguinem educi, qui in parte inflammata est, (quamuis hic cederet, quod certe non contingit) & temerarium est præsidium, & ab omni ratione alienum.


Postremam hanc rationem annecto, quam ex Vallesio desumo, & Ludouico Mercato: quorũ primus lib. 2. acut. com. textus decimi, alter lib. 1. de

indicat. præſrd. cap. 4. aperte profitentur fluente ſanguine coloris mutationẽ non deprehendi:ſed plerunque poſtquam refriguit effuſus. ex quo compertum ſit, vnica vice ſanguinem detrahendo non poſſe nos diſcernere, quo tempore coloris mutatio fiat. ſique reiterato ſanguis mittatur, commune conſilium non adimplere, quia non reiteratis vicibus, ſed ſemel mittendum eſſe profitetur, quouſque color immutatur. neque veritatem, vel Hippocratis mẽtem attigit Martianus, ſuis notationibus ad librum de natura humana, vbi ſcriptum reliquit, primum exire ſanguinem, qui ab inflammatione vitium contraxit,

traxit, deindè, qui in reliquo viget corpore. quoniam venæ ſectio, vt Celſus ait, proximum locum primo exahurit, & deinceps illum, qui in remotioribus partibus continetur. & quamquam in maligna, & peſtilenti pleuritidum conſtitutione nonnunquam, à principio vitiatus ſanguis effluat, quod ratione magnæ putredinis euenit, & quoniã ille proximus parti eſt, in qua ſecatur vena: non hic colligi poteſt vitiatum ſanguinem, quique inflammationem occupat primo euacuari, vt Martianus perhibet. quid ergo decernendum eſt in tam ardua quæſtione. vel cum Mercuriale definienda his eſt, qui ſuis no-

tis

tis ad lib. acut. n. 6. ipse ita scripsisse Hippoc. opinatur, vt in pleuritide mittendus sit sanguis quousque color mutetur, quia sic ipse obseruauerat, vel quia tempora, & regionis illius mores sic ferebant: vel asseuerandum est, hoc præcepto Medicos adhortatum non fuisse Hip. vt ea mensura sanguinem educerent, donec mutetur color: sed oppositum decreuisse potius; curandum scilicet nõ esse, siue expectandum, vt sanguis tamdiu fluat, donec immutetur color, & pro rubro liuidus appareat, sed antea finem faciendum esse, nulla coloris habita animaduersione.



Errata sic corrige.

Pag.	ver.	
9	14	Gal. lib. *6*.
16	14	animaduersiones. animaduersione
53	. 6	comprobate. comprobata
85	. 3	abduci. adduci
94	20	non membrana. non à membrana
96	11	quam. quàm quod
104	. 4	exemplo defert. exempla defero
110	11	dirimeret hanc opinionē sequutus est
134	. 9	ougppnare. oppugnare
160	14	& hunc. & hanc
162	11	vndè. non